This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GIFT OF
JANE K. SATHER

751 j
P
1829

379

DEMOSTHENIS

PHILIPPICAE ORATIONES V.

Haec editio prostat

Londini apud Payne et Foſs — Treuttel et Würtz.
Oxoniae apud J. Parker.
Bostoni Americanor. apud J. Cummings.
Parisiis apud De Bure Fratres.
Florentiae apud G. Piatti.
Amstelodami apud J. Müller et Soc.
Lugduni Batavor. apud S. et J. Luchtmans.
Argentorati apud Treuttel et Würtz.

Typis Brœnneriis exscribuntur:

Thucydidis bellum Peloponnesiacum Vol. I. II. cont. *Textum* cum var. lect., argumentt., indicc. rerum et verborum etc.

Vol. III sqq. *Annotationes* in Thuc. bellum Pelop., Dukeri integrae aliorumque selectae, acced. Marcellini vita Thuc., index annotationum locupletissimus, 8. maj.

Eustathii Archiepiscopi Thessalonicensis opuscula argumenti theologici, philologici, historici nunc primum edidit J. L. F. Tafel 4. maj.

DEMOSTHENIS

PHILIPPICAE ORATIONES V.

ET

LIBANII VITA DEMOSTHENIS

EIUSDEMQUE ARGUMENTA

EX

RECENSIONE I. BEKKERI CUM TRIBUS CODD. MSCR. COLLATA.

EDIDIT

PROLEGOMENIS ET ANNOTATIONE PERPETUA

ILLUSTRAVIT

IOANNES THEODORUS VŒMEL

GYMNAS. FRANCOF. RECTOR ET PROF.

FRANCOFURTI A. M.

PROSTAT IN OFFICINA BRŒNNERIA

MDCCCXXIX.



AUGUSTO BŒCKHIO

PHILOSOPHIÆ DOCTORI BEROLINENSIS UNIVERSITATIS LITERARUM PROF. P. O. ACADEMIÆ REGIÆ SODALI O. SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORI BORUSSICI ORDINIS AQUIL. RUBRÆ EQUITI ETC. ETC.

ANTIQUITATIS INVESTIGATORI ACERRIMO

DEMOSTHENIS INTERPRETI PRIMARIO

PRÆCEPTORI DOCTISSIMO HUMANISSIMO BENIGNISSIMO

HOC GRATI ANIMI MONIMENTUM ESSE VOLUIT

I. TH. VŒMEL.

400053

BENIVOLO LECTORI

S. P. D.

IOANNES THEODORUS VŒMEL.

De consilio meo et de formâ ac designatione praemonendum esse videtur publice edendarum orationum Demosthenis. Etenim dicat quis: „Quid est, quod eum tu potissimum elegeris, in quo explicando tot difficultates doctis viris occurrunt, juvenesque tam laborant, ut raro eum legant vel nunquam intelligant?“ At interrogans is sibi ipse respondit. Ego enim vero juvenibus literarum studiosis volui prodesse et placere viris eruditis, quantum equidem poteram, eum illustrans oratorem dignum, quem non semel legant, non decies repetant, sed diu noctuque tractent eundem.

Nam, sentiente Daniele Wyttenbachio, accedenti cuique primùm ad Demosthenem merae offunduntur tenebrae, pergenti majores, quam usquam, sunt difficultates cum in verbis tum in enunciationum longe ductarum ambitu, sed finienti orationem et finitam relegenti semel et iterum plana et perspicua omnia. Desideranti tamen adhuc celebratam illam eloquentiae vim si placet repetere, denuo relegere, novus plane et incognitus ad animum ejus accidit sensus: videt oratorem ardere, dolere, impetu ferri, incenditur et ipse eodemque motu aufertur, altior fit, nec est, qui fuerat. „At res quoque, inquit, ab oratore significatas ignoro.“ Audio bene memor verborum Luciani: *Τὰ Δημοσθένους ἴχνη*, ait, *καὶ Πλάτωνος καὶ ἄλλων τινῶν μεγάλα μὲν καὶ ὑπὲρ τοὺς νῦν, ἀμαυρὰ δὲ ἤδη καὶ ἀσαφῆ τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου.* Sed aliquod paratum est auxilium, dummodo ne quid de me ostentationis causa dicere videar.

Demosthenem prae aliis amo, ejus orationibus per decennium operam dabam, iisdem illustrandis — si haec doctis placuerint, si sufficiant animi corporisque vires, si omnino Deus maximus annuerit, — magnam vitae partem impendam, nec tamen de omnibus ita interpretandis nomen fidemque professurus. Nunc quantum valebam, quinque has primas orationes prolegomenis, explicatione et annotatione historicâ ipsâque grammaticâ et rhetoricâ instruxi. In prolegomenis, quorum argumenta jam antea pro munere scholastico edidi, nunc auctis et suo ordine collocatis, id spectabam, ut tum tota aetas, quâ habitae sunt orationes, tum singula quaeque res ostensa vel significata intelligeretur. Quot autem quantisque difficultatibus in temporis et rerum gestarum ratione describendâ religiose inquirens vexetur, in eâ confessione peritissimi quique consentiunt, quantumvis in aliis rebus dissentiant, quarum aliam alius difficilem esse ad intelligendum et

explicatione indigere putet. Quod quum nos non fugeret, annotanda et explicanda prudenter eligebamus.

Grammaticis iis regulis, quas in triviis quotidie discunt pueri, et ipse aliquando singulari libello in usum scholarum descripsi, hîc jure supersedere mihi videbatur; quas qui desiderat, Bremii ei commendamus Editionem praestantem, quam nunc demum huc allatam esse vehementer dolemus. Usi tamen sumus ejusdem viri doctissimi annotationibus, quibus Rauchensteinii libellum ornavit, Rüdigeri humanissimi editionem secundam etiamnum exspectantes.

Satis vero et sufficienter ad graviora et majora nos attendisse opinamur: verba, locutiones, structuras et res. Notas quidem res praetermittebamus: ignotas indagabamus, confusas exponebamus, falsas emendabamus. Attamen ubi etiam doctos viros, ut fert sors humana, nonnunquam in levibus erravisse animadvertebatur, leviora quoque interdum docebamus et nomini

parcentes et rem argumentis confirmantes. At ut ne singulae res forte intelligerentur, orationis autem structura et compositio legentem lateret, et in propositis Dispositionibus et in annotatione rhetoricâ veteres sequebamur, quod sane laudabunt, quotquot sciunt, Demosthenem, quia sententiarum ornamentis et conformationibus praestat, idcirco a doctis oratorum esse principem judicatum.

Vestigia quoque agnota indicabamus: res, dictionem, sententias aliunde petitas vel ab aliis repetitas, quo perspiceretur conjunctio antiquitatis; indicabit eas multo plures quisque me doctior, quas vel Demosthenes a Platone, Thucydide, Euripide aliisque poëtis, vel posteriores Cicero, Salustius, Seneca, Julianus rel. a Demosthene in suum solum transtulerunt. Praeterea adjeci ex Herwagianâ editione rarâ annotationes Erasmi Roterodami, Philippi Melanchthonis, Guilelmi Budaei, aliorum, illas quidem paucas, sed praeclaras, sed nisi

in Wolfianâ Editione maximâ nusquam iteratas. Magis fortasse laudamur, quod omissos adhuc locos omnino citandos nonnullos rei criticae causa attulimus, ut quos Gregorius Corinthius, Theon, Scholiasta Aristidis, alii servaverunt. Id ubique spectantes, ut suum cuique daretur, adjecimus quoque, aut potius suo loco usurpavimus Taylori schedas, quarum turbas et farraginem adhuc interpretes horruisse videntur, quum praesertim non omnes libros ad manum habuerint, quos et raros et caros ex indicibus variis Taylorus citavit; et in magnum commodum adhibuimus commentarios, quibus versiones locupletaverunt Tourrellius, Lelandus, Jacobsius atque A. G. Beckerus, et Beckii cum Editionem orat. de pace tum Historiam universalem. Notitiam vero literariam breviorem, in tot libris quae occurrit, hîc omisimus, plenam justamque in aliam occasionem paraturi.

Addenda partim debemus Jacobo Praeceptori primario Coloniensi et Zimmer-

manno Conrectori Darmstadino, Philosophiae Doctoribus eruditissimis, qui libros aliquot recentes coram et per literas laudaverunt. Publice item gratias ago G. A. Ahnero, Doctori Phil. clarissimo, qui officinae Broenneriae operis sedulo et docte praeest, quod madidas plagulas mendis purgavit*; et Theodoro Haueisen nostro,

*) Levissima vitia operarum vel negligentiâ vel inobedientiâ commissa, quae ab quovis facile et statim corrigentur, deprehendimus haec: accentûs et spiritûs signa prelo fracta vel transposita, literarum formas atramento repletas, ut: τα, ψυχην etc.

In Textu: Phil. I. §. 18. a) οὔντ^{o}ι pro οὔντι. — ibid. b) ποιήσηζ pro ποιήσητ^{c}. — §. 20: ἄλλὸ pro ἀλλὰ p. 218. — §. 29: ἐντελῆ · pro ἐντελῆ . p. 223. — §. 36: αὐτοὺς. — p. 280, 2: ὅτε pro ὅ τε. — p. 286, 14: δηλὸν ὅτι.

In Commentariis: μέγαλοι p. 9, μέγαλα p. 71 l. ima; §. 8. . . . §. 28 pro §. 3. . . . §. 23 (p. 109 lin. ima); opcram p. 192, imprudentcm p. 209, Sehaefer p. 241, adstarc p. 212; deinde ὁςάκις p. 27, οὑτοςὶ 74; tum Crenidarum p. 23 pro Crenitarum, δεσποτττκῶς 37, proponendem 53, αὐτυχίαις 59, πρόθεσιν pro ὑπόθεσιν p. 111 l. 20, Oiyuthii 112, 1, ψυχὴν ibid., II. 6 p. 118, 3 pro: II. σ, Theb. pro Theb. III ibid. l. 30, Thęsmothetarum pro Nomothetarum p. 122 lin. 16 §. 10 n. 4, Ἀντίκιπτον p. 123 et Ἄντικτον p. 124 pro Ἀντικίπτον, διαλημματικῶς ibid., Chrysosth. 136 pro: Chrysost., βιαίους 157, quàinfra 168, praetermitsus 192, Siathus — pentinere 195, vaxatus ibid., ην pro ἦν 212, $\frac{353}{362}$ pro $\frac{353}{352}$

nunc Berolini Philologiae et Theologiae studenti, quod in hoc opere multifariam nobis praesto fuit.

At praeter Augustum Boeckhium, cujus sagacitate antiquitatis atticae magna pars ante tot erroribus obruta nunc detecta, et detecta nunc ejusdem eruditione eruta et perpurgata patet, e cujus scholis et libris plurimum lucis ei Editioni admovimus, quam ejusdem tutelae commendamus, praeter eum maxima adjumenta et auxilia attulerunt Immanuëlis Bekkerus et Godofredus Henricus Schaeferus principes; alter Apparatu critico et exegetico interpretationem eximie adjuvit et ditavit; I. autem Bekkerus verba Demosthenis tam feliciter edidit tamque acri et certo judicio κριτικώτατος ille reperit, restituit, expolivit, ut ego a tantâ auctoritate recedere

---

p. 218. In Argum. de pace §. 8 n. 1 dele φόβῳ p. 227. In Orat. de pace §. 16 n. 8 p. 242 l. 22 lege Lycurg. p. 148 sq. pro Lycurg. p. 150 extr. In ind. p. 304 corr. paecuniae.

vix ausus sim. Pacem tamen veniamque audaciae peto.

Vilius fortasse alicui videtur, quod dicam, sed longe summorum Friderici Creuzeri et Friderici Augusti Wolfii auctoritate nixus dicam, recte interpungendi rationem esse interpretationis dimidiam partem; cui religiose studens discedebam ab utroque partim a Schaefero partim a Bekkero, rationem tenens hanc: Comma interposui, quanquam Schaeferus id vetat, sensu postulante inter antecedens praecisum et sequens vocabulum. Namque et aliàs in pronunciatione Comma negligimus recte positum, quippe quo significetur, quomodo secundum grammaticam et logicam verba sint vel conjungenda vel disjungenda, non secundum declamationem. Recto Commate (,) cautum est, ne aliena copulentur. Cum utroque autem Editore Commata delevi superflua. Semicolo sive puncto super lineam posito soli apodosi servavi. Duo puncta ex multis vetustis libris et scriptis

et expressis hîc, ut in Nicolai Anecdotis nostris, restituta esse nemo vituperabit. Paragraphorum signa eadem, quae I. Bekkerus, et paginas Reiskianae Editionis orae adscripsimus.

Ut concedamus esse ea omnia non tanti, quanti alicui videantur, quae nec nos tetigissemus, nisi metueremus, ne forte ab imperitis immerito accusemur; sed gravius hoc est: Initio recensionem Bekkerianam nusquam deserere constitueram, sed quum postea me puderet ea quoque retinere, quorum causam et rationem intelligere non possem et quum ipse ille alia in majore et alia in minore Editione probasset, omnino nonnunquam deserui et varietatem lectionis selectam supposui, causâ, ubi decuit, proditâ, aut perito judici sponte obviâ. Jam agendum videtur de codicibus mscr. collatis.

De Codicibus Victorianis.

Maximilianus Baro de *Lerchenfeld-Aham* illustrissimus, ab intimis ministeriis

regni Bavarici, legatus concilii Germanici summâ potestate, etc. vir excellens, quâ est humanitate et, auctoritate, codicem Petri Victorii (Florentini nati 1499 † 1585, qui multos codices possedit) Monachio, ubi magnas inter literarum artiumque opes et copias exemplaria ejusdem conservantur, Francofurtum in meos usus tuto transportari jussit. Augusto mense jam excurrente eum inspexi, quum omnium orationum explicatio et Olynthiacae I^mae verba formis essent descripta; quare, quam hujus orationis variam lectionem invenimus, seorsim libro addidimus extremo, reliquam suo loco orationibus subscripsimus *.

*) Accurate et bis codicem cum nostrâ editione contulimus lectionisque varietatem notis criticis inseruimus, sed literarum ac similium discrepantiam hic significandam esse opinamur. Iota subscriptum nonnunquam omissum est, ut κολλῶ, ὅσω, λάθη, ἰδέη; saepius plene scripta sunt vocabula ante vocalem quam praecise, ut in Olynthiaca I ταῦτα §. 7, δὲ ibid. et §. 28 extr., αὐτόματα §. 9, κάλλιστα §. 21, βοηθήσητε §. 26 pro: ταῦτ', δ', αὐτόματ' etc. Ita Olynth. II: πράγματα §. 5, σφόδρα §. 6, τότε §. 26, τοῦτο §. 23 et 26,

Est codex, Ignatio Hardtio recensente (vid. Aretin. Beiträge Vol. III. Sect. 5 p. 41) CLXXII „chartâ crassâ et levigatâ, scripturâ minutâ et eleganti, in folio [minore], foliorum numero 70, possessus a P. Victorio, ipsiusque notis marginalibus et interlinearibus illustratus [graecis et latinis, quae multis compendiis et literis difficile legendis scriptae sunt], Saeculi XV, bene conservatus." Continet Demosthenis Olynthiacas 3, Philippicam I, et orationem de pace, praeterea Lysiae or. pro caede Eratosthenis. Absunt Libanii Argumenta.

Contulit eum codicem Victorius ipse, quod ex suâ manu cognoscitur, cum aliis duobus ab eodem a. et b. notatis, quos

---

ἵνα §. 24, *ὑμέτερα* ibid., *δ'* et inferius *δὲ ὑμέτερα αὐτῶν* ibid., *εἶτα* §. 25, *ἐπὶ* §. 29, *δὲ* ibid. Phil. I: *τοσαῦτα* §. 28, *δὲ* §. 40 bis, §. 41 bis, §. 48, *οὔτε — οὔτ'* §. 40 extr., *ὑμέτερα* §. 47, *μὰ δία οὔτω* §. 49, *ἅπαντα ἅδα πώποτε* §. 50, *ἐθέλητε εὖ εἰδέναι* ibid. De pace: *τυγχάνοντα* §. 6, *οὔτε* §. 7, *τότε* §. 8, *τὰ ἐκεῖ χρήματα* ibid., *ἐνθάδε* ibid., *ἐνδεικνύμεθα* §. 18, *δὲ ὅτι τοὺς* ibid., *μάλιστα* §. 22, *δὲ* §. 23 Praepositiones cum suo casu nonnunquam junctim scriptae sunt, ut: *καθέκαστα, τὸ*

passim nominat libros antiquos. Quam Victorii codex, multo hi meliora praebent, et plerumque ambo secum consentiunt. Itaque ubi nulla varietas observata est, consentire omnes tres libri putandi sunt; nonnunquam in singularibus verbis consensio omnium diserte vel laudatur vel vituperatur.

Quae Victorii doctâ manu adspersae sunt annotationes ex Hermogenis aliorumque rhetorum, Ciceronis, Aristotelis, Platonis, Terentii, rel. locis secundum ipsius exemplaria conflatae, aegrotanti mihi et *quum* alter velocior typotheta jam commentarios descripsisset, sero oblatae sunt. Specimen tamen earum nobis exhibendum esse videbatur, vehementer optantibus, ut alius, cuí in regiâ illâ bibliothecâ commo-

---

καταρχάς, καταμέρος, παραχρῆμα, διαταῦτα. In Olynthiacis praefertur fere ἀεί, in Phil. I et de pace ἀεί, ut in Phil. I, §§. 33, 35, 40, 42, contra αἰεὶ Olynth. I §. 22, nec tamen sibi constat, namque Olynth. I §. 9 ἀεί, sed §. 14 bis αἰεί, item §. 22. Lapsum calami hunc modo notavi: ακούσαι pro ἀκοῦσαι Phil. I §. 28.

ranti diutius id volumen tractare licuerit et Victorii exemplaria promta fuerint, juris eam copiam faciat publici augeatque ejusdem Varias Lectiones, quibus alii multi Demosthenis loci illustrati sunt.

Scr. Francofurti ad M. mense Octobri MDCCCXXVIII.

II p. 1 Reisk.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ [1]

πρὸς ἀνθύπατον Μόντιον [2], ἀξιώσαντα αὐτὸν γράψαι οἱ τόν τε Δημοσθένους βίον [3] καὶ τὰς ἁπάντων τῶν λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.

§. 1. Ἐπειδὴ, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον [4] περιδέξιος τα εἰς λόγους ὤν, πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ' ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνήρησαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς, ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ δια τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλὰ περί τε τους ἄλλους διατρίβεις καὶ περὶ τὸν τελεώτατον τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων, τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ [5] ἡμᾶς ἐβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου λόγων ἀναγράψασθαί σοι· δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα (ἴσμεν γὰρ, ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ πόνον

ἔχει), ἀρξόμεθα δὲ τοῦ συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν διεξιόντες [11] (περιττὸν γὰρ τοῦτο), ἀλλὰ τοσούτων μνημονεύοντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.

§. 2. Δημοσθένει [1] τοίνυν τῷ ῥήτορι πατὴρ ἦν Δημοσθένης, ἀνεπίληπτος τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Αἰσχίνης ἐχθρὸς ὢν μαρτυρεῖ (εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι [2]: „τούτῳ πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεὺς [3] ἀνὴρ ἐλεύθερος. οὐ γὰρ δεῖ ψεύσασθαι“), ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτημένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ κλῆσιν ἔλαβε [4]. τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος οὐκ ἦν, ὥς φασι, καθαρῶς Ἀττικόν, Γύλωνος τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι [5], οἰκήσαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον κἀκεῖ γυναῖκα ἀγομένου [a]

a) Wolfius ἀγαγομένου. libri enim ἀγομένου. Bekker. Qui illud recepit, probante Schaefero. Cf. Olynth. III. p. 37. §. 31.

Σκύθιν τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μήτηρ Κλεοβούλη [δ]. Εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι καὶ Αἰσχίνης, εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ [ε]. Περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω, ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος [8], ἦν μὲν, ὥς φασιν [9], ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν. ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν [10] εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο καὶ Βάταλος [b] ἐπωνυμίαν ἔσχεν. ἱστόρηται γάρ τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν, ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐκάλουν [11].

§. 3. Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ λόγους

b) Var. Βάτταλος.

ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν [1]. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος [2], οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ II δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασὶν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρωποῦ [3]. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν [4] ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου [5] συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ [6]. καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ, οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. Διδασκάλῳ [7] δὲ χρησάμενος Ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ῥήτορι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων [8] ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἶλε μὲν αὐτοὺς, οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολώλεκε. τοὺς δὲ λόγους τοὺς ἐπιτροπικοὺς εἰσὶν οἵ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημοσθένους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες (ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο [9]) καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πως ἐπιφαίνειν εἶδος [10]. ἕτεροι δὲ νομίζουσι, συντετάχθαι μὲν ὑπὸ Δημοσθένους, διωρθῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν,

εἰ ὁ Δημοσθένης ἠδύνατο μὲν καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιούτους λόγους (ἡ γὰρ ὕστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται), ἀπὸ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα πολλαχῇ μεμίμηται. Μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προελθὼν, σοφιστεύειν [11] ἐνεχείρησεν, εἶτα ἀπαλλαγεὶς τούτου συνηγόρησεν ἐν δικαστητίῳ. τούτοις δὲ, ὥσπερ γυμνασίοις, χρησάμενος [12], ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἦλθεν.

§. 4. Ἔτι. κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρεχόμενον οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα „τί ἐστὶ ῥητορική;“ ἀπεκρίνατο, ὅτι ὑπόκρισις, δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν || χειρόνων ἥττων ἐφαίνετο [1]. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ὑπῆν

ἐλαττώματα. καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους [2] καὶ εὐκατάπληκτος, ὥςτε εὐθὺς ἐξίστασθαι. διὰ δὲ τοῦτο φασὶν [3] αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον [4] τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρως τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς [5]. Μνημονεύονται [6] δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκήσεις κατάγειοι [7] καὶ ξυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι' αἰσχύνην μὴ προϊοι τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου, καὶ ὡς. οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. ὅθεν καὶ Πυθέας [8] σκώπτων ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν. πρὸς ὃν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἅμα καὶ πικρῶς „οἶδα" εἶπεν „ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων" [9]. διεβέβλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. Καὶ μὴν ὅτι γε [a] ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν [11], ἵνα

a) Libri ὅτι τε. Nemo semel monitus dubitabit scribere: καὶ μὴν ὅτι γε. Cf. Porson. ad Eurip. Phoen. vs. 1638. Schaefer.

ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται [12] τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται, παρειλήφαμεν δὲ κἀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς [13] ἀπήρτησε, καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τοῦτο ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην: ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν, ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ [14], καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἐδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος.

§. 5. Ἀναγκαῖον [1] δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τά τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης [2]. Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἄρχοντας τῶν Ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας ἐν Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες, αὐτοὶ παρῆλθον [a] εἰς ἰσχύν, καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. Ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος

a) Fortasse, quod Edit. Paris. in margine, προῆλθον. Vid. Schaefer. ad h. l. Quid facilius confundi quam πρῆλθον et πρῶλθον. Vid. Bastii Comm. pal. p. 837. in Schaefer. Edit. Greg. Cor.

ὅμορον τῇ || Εὐβοίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσιν[3]. οὗτοι καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναὸν, πλησίον ὄντα, ἐσύλησαν. ἀνθ' ὅτου καὶ οἱ Θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. Ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. Χῖοι γὰρ καὶ Ῥόδιοι καὶ Βυζάντιοι, πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι Ἀθηναίων, τότε μετ' ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι, πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. Καὶ οὕτω μὲν ἡ Ἑλλὰς εἰς πολλὰ μέρη διῄρητο, Ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προειρημένους καὶ Θηβαίων πρὸς Φωκέας καὶ Λακεδαιμονίων πρὸς Πελοποννησίους. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παῖς εἰς τὴν Μακεδόνων βασιλείαν παρῆλθεν. Ἀμύντα γὰρ τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος: Ἀλέξανδρος, Περδίκκας, Φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος[b] Ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν,

b) Fortasse πρεσβύταρος. Vid. Schaefer. ad h. l.

ὁ δὲ Περδίκκας πρὸς Ἰλλυριοὺς μαχόμενος, Φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος ἐτύγχανε μὲν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων [4], ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν Περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρα, καὶ ὀξέως εἰς Μακεδονίαν ἀφικόμενος, κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι δ' ἄρ' [5] ἕτερόν τινα [6], γένους μὲν ὄντα τοῦ βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ Μακεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατῆγον μετὰ πολλοῦ πλήθους στρατιωτῶν. τούτοις ὁ Φίλιππος ἐπιθέμενος, ἐνίκησε μάχῃ, καὶ ὅσους συνέλαβεν αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὔνοιαν τῆς πόλεως, οὐδὲ δι' ἐπιείκειαν τρόπου [c].

---

c) Post hoc vocabulum Augerus merito signum lacunae posuit, adscripta hâc notâ: „Videtur deesse alterum phrascos membrum, in hunc ferme sensum: sed quia hoc expedire suis rebus existimabat, et ut clementiae laudem assequeretur.“ Cf. Liban. or. ad Theodos. II. Vol. I. p. 663. sq. R.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

Τῆς ῥητορικῆς μέρη τρία: ἐπιδεικτικὸν, συμβουλευτικὸν καὶ δικανικόν[1]. τοῖν μὲν οὖν δυοῖν ἄκρος ἀγωνιστὴς γέγονε, τοῦ τε δικανικοῦ καὶ συμβουλευτικοῦ[2], ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ λόγους. τοὺς γὰρ φερομένους οὐ πιστευτέον εἶναι Δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν. πολὺ γὰρ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ τοῦτο συγδοκεῖ[3]. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης, ὡμολόγηται[4], οὐ μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντα, πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα. Τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων, οἱ μὲν αὐτὶ τοῦτο ἔχουσιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί, οἱ δὲ οὐδὲν

μὲν ἧττόν εἰσὶ συμβουλευτικοὶ, Φιλιππικοὶ δὲ οἵδε ἐπιγράφονται, ἐκ τοῦ περὶ τῶν τοῦ Φιλίππου πραγμάτων εἰρῆσθαι τὴν κλῆσιν λαχόντες. καὶ τῶν Φιλιππικῶν ἕκαστος ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα.

PROLEGOMENA
IN
PHILIPPICAM I. ET OLYNTHIACAS ORATIONES.

Philippicâ I. et Olynthiacis orationibus potissimum agitur de rebus Amphipolitanis et Olynthiacis [1], de his igitur merito praemonendum videtur.

---

1) Cf. interpretes ad Demosth. Olynth. *Lucchesinius, Tourrellius, Cesarottius, Mounteneyus, Jacobsius, Rüdigerus, A. G. Beckerus;* et Geographi *Mannert.* Vol. VII, p. 456. sqq. *Larcher.* Tab. Géogr. s. vv. *Cluver.* Introd. Lib. IV. cap. XIV. §. 5. p. 456. sq. Ed. La-Martin. *Tzschucke* ad Melam Lib. II. cap. 2. §. 9. Vol. III. P. II. p. 140. sqq. alii. Etiam Scriptores rerum Philippicarum recentiores passim et praecipue: *Olivierus* Vol. I. p. 11. sqq. II. init. *De Bury* p. 5. sqq. *Lelandus* Vol. I. p. 18. sqq. Quos scriptores cum aliis nonnullis citavit Meusel Biblioth. Vol. III. P. 2. p. 236. sqq. Adde *Vogel* p. 36. sq. p. 89. sqq. *Drumannus* p. 53. sq. *Meiners* Hist. Scientt. II. p. 576. sq. *Valckenarius* res Olynthiacas vix tangit p. 242. *Weiske* de hyperbole errorum in histor. Philippi commissorum genitrice I—III.

DE CONDITORE, SITU ET INCOLIS OLYNTHI.

§. 1. Olynthus Chalcidica [1] urbs, Thraciam et Macedoniam [2] contingens, in ea regione, quam Herodotus dixit Sithoniam [3], editoque loco [4] ad sinum quidem Toronaeum [5], sed extra Isthmum [a] sita et LX ferme stadia sive 1,4980 Mill. geogr. sive 3 Horas a Potidaea remota, tempore belli

---

§. 1. 1) Thucyd. Lib. IV. cap. 123. Liban. Argum. in Demosth. Olynth. I. init.

2) Scylax p. 26. Huds. et Strabo Lib. X. cap. 1. §. 8. p. 447. A. Cas. eam Macedoniae, Thraciae Xenophon Hell. Lib. V. c. 2. §. 11. Mela Lib. II. cap. 2. §. 9. et Plinius H. N. Lib. IV. cap. XI. §. 18. dederunt. Cf. de Amphipoli Prolegg. infra §. 5. n. 8.

3) Herodot. Lib. VII. cap. 122. indeque Stephan. Byzant. s. v. cf. Conon. vid. n. 6. Accuratissime situm urbis indicat Larcherus Tab. Géogr. s. v. Olynthe ita: Entre la péninsule de Pallène Nord-Est et la Sithonie Nord-Ouest, près de l'enfoncement du golfe Toronéen au Nord, et ayant le golfe Therméen à l'Ouest. Cf. Gatterer Thracia. §. 44.

4) Thucyd. Lib. I. cap. 63. ibiq. Scholiasta.

5) De sinu Toronaeo vid. praeter alios geographos Larcher l. cit. s. v. Mécyberne.

a) Scylax loc. cit.

Trojani [6] condita esse dicitur in honorem Olynthi. Cujus quidem monumentum in Olynthiaci fluvii ripâ, qui per urbem perfluebat [7] et in Bolben lacum influebat, exstructum erat [8]. Olynthus sive Herculis [9] sive Strymonis regis Thracici filius fuit, Herculem esse conditoris patrem numi urbis, rarissimi illi quidem, prae se ferunt, in quorum adverso typo apparet Herculis caput imberbe cum leonis exuviis; in averso clava et caduceus; in alio clava et arcus; in alio

6) Conon. Narr. 4. ap. Phot. cod. 186. p. 221. Hoesch.: Ἡ τρίννυ δ' διήγησις τὰ περὶ Ὀλύνθου τῆς πόλεως καὶ Στρυμόνος τοῦ Θρακῶν βασιλεύσαντος ἀπαγγέλλει, οὗ καὶ ὁ πάλαι Ἰηονεὺς ποταμὸς ἐπώνυμος, καὶ ὅτι παῖδες αὐτῷ τρεῖς γεγόνασι: Βρέγγας καὶ Ῥῆσσος καὶ Ὄλυνθος, καὶ Ῥῆσσος μὲν ἐπὶ Τροίαν Πριάμῳ συστρατεύσας ἀναιρεῖται χειρὶ Διομήδους, Ὄλυνθος δὲ λέοντι συστὰς ἐκουσίως ἔν τινι κυνηγεσίῳ θνήσκει, καὶ Βράγγας ὁ ἀδελφὸς πολλὰ καταλοφυρόμενος τὴν συμφορὰν, Ὄλυνθον ὥπερ ἐτελεύτησε τόπῳ θάπτει, εἰς Σιθονίαν δὲ ἀφικόμενος, πόλιν ἔκτισεν εὐδαίμονά καὶ μεγάλην, Ὄλυνθον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ παιδὸς ὀνομάσας. Cf. Apollodor. Bibl. Lib. I. cap. III. §. 5.

7) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 3. §. 3.

8) Hegesander proxime cit.

9) Hegesander in Hypomnematis ap. Athen. Lib. VIII. cap XI. p. 334. E. Stephan. Byzant. s. v. Ὄλυνθος.

caput feminae (Musae), et lyra, ut in Chalcidensibus numis. Nomen ibi excussum est *ΟΛΥΝ* sive $\frac{ΟΛ}{ΥΝ}$ vel *ΟΛΥΝΘΙΩΝ* vel *ΟΛΥΝΘΙΝΩΝ*[10] vel quod memorabile *ΟΛΟΝΤΙΩΝ*[11]; significat autem *Grossum* sive ficum immaturam. Hodie quoque locus, qui olim eminuit Olynthus, nominatur *Olyntho*[12], et Agiomama, *Ἅγιος Μάμας*[13]. Graecam eam urbem[14] opportunam (omnino enim omnis Chalcidica erat opportuna[15]), qui Atheniensi Cretensique genere oriundi dicuntur, Bottiaei[16] ante bella Persica e sinu Thermaeo a Macedonibus ejecti tenebant[17].

---

10) Eckhel. Doctr. Vol. II. p. 72. sq. Sestini Class. I. p. 18. Rasche Lex. s. v. Mionnet Descript. Vol. I. p. 479. Ejusd. Suppl. III. p. 84. sq.

11) Havercamp. ad Oros. Lib. II. cap. XI. p. 115.

12) Cluver. l. cit.

13) Larcher l. cit. s. vv. Olynthe et Mécyberne.

14) Herodot. et Scylax l. c.

15) Mannert l. cit. p. 445. sq.

16) Aristotel. Polit. Bottiaeorum Fragm. ap. Plutarch. Thes. cap. XVI. p. 6. F. ibiq. nunc Neumann ad Aristot. Reliqq. p. 106. sq. Cf. Otfr. Müller Maced. p. 52. Beck. Hist. Univ. Vol. I. p. 326. Ed. 2dae.

17) Herodot. Lib. VIII. cap. 127. Cf. Otfr. Müller l. cit. p. 26. sq. Mannert l. cit. p. 456.

Eandem vero urbem, quae cum Persis fecerat, post pugnam Salaminiam Olymp. LXXV, 1. a. Chr. $\frac{480}{479}$ Xerxe domum reverso et Mardonio per Thessaliam Macedoniamque hibernante Artabazus Olynthios suspicatus a rege defecturos, obsedit, cepit, incolisque in paludem deductis et trucidatis, tradidit administrandam Critobulo Toronaeo eidemque Chalcidensi; ita Chalcidenses Olynthum obtinuerunt [18]. Chalcis enim Euboeensis urbes Olyntho vicinas condiderat [19], quo tempore Hippobotae qui dicuntur, sive nobiles equites et opulenti optimates [20], rempublicam tenebant, Olymp. X. a. Chr. 740 [21].

---

18) Herodot. Lib. VIII. cap. 127. Cf. Orosius Lib. II. cap. XI. ibiq. Haverc.

19) Strabo Lib. X. p. 447. A. Cas.

20) De Hippobotis vid. Herodot. Lib. V. cap. 77. ibiq. Wessel. et Valcken. — Aristotel. Polit. Lib. IV. cap. III. §. 2. Vol. XI. p. 99. init. Sylb. — Intrr. ad Strabon. l. cit. — Heyne Opuscc. Acadd. Vol. II. p. 273. sqq. — Kortüm. Histor. rerumpl. graec. p. 116. not. 129. — Neumann ad Aristot. Polit. Reliqq. p. 112.

21) Aristotel. sive Stagiritae sive Chalcidensis *Εὐβοέων πολιτ.* (? cf. Fabric. Bibl. gr. Lib. III. cap. VII. Vol. II. p. 197. Hamb. Vol. III. Harl.) ap.

LEGES OLYNTHI OPTIMÆ.

§. 2. Quae proximis quinquaginta annis, ab Persicis bellis finitis usque ad Peloponnesiacum, Olynthi evenerint, nescimus; fortasse in rempublicam ordinandam legibusque describendam ea pacis tranquillitas insumta fuerit, invenimus autem nullas leges nisi quae posterâ demum aetate latae sunt, nisi si quis huc referendum esse putet locum Aristotelicum (Polit. Lib. II. fin.), ubi haec: *Ἐγένετο δὲ καὶ Ἀνδροδάμας Ῥηγῖνος νομοθέτης Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης, οὗ περί τε τὰ φονικὰ καὶ τὰς ἐπικλήρους ἐστίν. οὐ μὴν ἀλλὰ ἰδιόν γε οὐδὲν αὐτοῦ λέγειν ἔχοι τις ἄν*[1]. Eorumdem

---

Strabon. l. c. ibiq. Casaub. et Tzschucke. Nunc etiam Neumann l. cit. et p. 110. extr. — De tempore vid. Barthélem. Anachars. Tab. IV. De Coloniis graec. Vol. VII. p. 191. Ed. Par. Cf. Vol. II. cap. IV. p. 88. — Raoul-Rochette Histor. Colon. Vol. III. p. 198. sqq. praecipue p. 201. sq. — Tittmann de rebuspubl. p. 396.

§. 2. 1) Male huc refert Olivierus Vitâ Phil. Vol. I. p. 12. not. alium locum Aristotelicum Oecon. Lib. II. cap. 2. §. 35. Vol. XI. p. 261. Sylb. *Ὀφέλας* (s. *Ὀφέλλας*) *Ὀλύνθιος καταστήσας ἐπιμελητὴν εἰς τὸν νομὸν τὸν Ἀρθριδίτην* (scr. *Ἀθριβίτην* vid. Sylb. ad h. l. et

Chalcidensium lex erat eaque fortasse vetus, ne quis ante quinquagesimum aetatis annum magistratus neve legatus esset [2]. Status civitatis Olynthiae, cui duumviri praefuisse videntur et senatus [a], erat postero certe tempore popularis: plebiscitis de bello et pace, deque exilio decernebatur [3]. Leges Chalcidensium ille ipse maledicus Theopompus optimas praedicat, quibus mollities et luxuria compesceretur, quas vero Chalcidenses utpote Thraces, qui omnes dicuntur

---

Steph. Byz. s. v. Ἀθλιβις s. Ἀθριβις· νομὸς Αἰγύπτου), ἐπεὶ προσελθόντες αὐτῷ οἱ νόμαρχοι οἱ ἐκ τοῦ τόπου τούτου, ἔφασαν βούλεσθαι πλείω αὐτοὶ πολὺ φέρειν, τὸν δ' ἐπιμελητὴν τὸν νῦν καθεστηκότα ἀπαλλάξαι αὐτὸν ἠξίουν. rel. Ex quo loco Olivierus conjecit optimatem fuisse rempublicam Olynthiorum. At erat ea popularis. — De Ophella Cyrenaeorum duce vid. Diodor. Lib. XVIII. c. 21. ibiq. Wessel.

2) Heraclid. Pont. de Politt. p. 534. ed. minor. Crag. Gronov. Thes. Vol. VI. p. 216. — ibiq. Coray p. 359. med.

a) Theopomp. Phil. Lib. XXIII. ap. Athen. Lib. X. p. 436. c. — De Duumviris vid. infra §. 30. not. 12.

3) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §. 15—17. Demosth. Phil. III. pag. 125. R. §. 56. Bkk. —

fuisse bibaces, Theopompo quidem auctore negligebant [4]. Olynthiorum rationem reipublicae administrandae et cum sociis aliisque populis agendi Mitfordius [5] rerum peritissimus laudat ut liberalissimam omniumque Graecarum civitatum prudentissimam. Communicabant enim illi facile cum sociis [6] jus aequum et civitatis Olynthiae et mutui connubii (ἐπιγαμίαν) et bona in ipsorum terrâ possidendi (ἔγκτησιν [7]). Quod jus quum reliqui Graeci praesertim Lacedaemonii non nisi raro alienis concederent, invicem abalienabantur diversasque rationes sequebantur. At de legum loco longe plura desiderantur [8].

---

4) Theopomp. ap. Athen. Lib. X. cap. 12. p. 442. extr.

5) Hist. Gr. Vol. VI. p. 195. sqq. et p. 227. Vers. germ.

6) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §§. 12. 18. et 19.

7) Fr. Aug. Wolf. ad Dem. Leptin. p. 282. — Welcker. ad Theogn. p. XXXVII. — Mitford. l. cit. — Sturz. Lex. Xenoph. s. v. ἔγκτησις ibiqq. citt. — Wachsmuth. Antiqq. Graecc. Vol. I. p. 123. sq.

8) De legibus Olynthiorum cf. Tittmann. l. cit. p. 397. sq. — Raoul-Rochette l. cit. Vol. III. p. 204. Cf. Kortüm l. cit. p. 143. ubi aliena conjuncta.

POTENTIA OLYNTHI BELLIS AUCTA.

§. 3. Primariam potentiae augendae causam Olynthiis dedit Perdiccas II. rex Macedoniae, qui Atheniensibus infensus, quum ante socius et amicus fuisset, mox tributarius [1], cum Chalcidensibus et Bottiaeis Thracicis egit, ut cum Potidaeatis ab Atheniensibus deficerent, quippe qui defectionem Potidaeatarum veriti, hos colonos Corinthiorum et suos socios fidei obsides dare jusserant; idem ille Chalcidensibus persuasit, ut relictis et excisis urbibus maritimis commigrarent Olynthum quae ipsa Chalcidensis erat, eamque unam urbem a mari remotiorem communirent, Olymp. LXXXVI, 4 a. Chr. $\frac{433}{432}$. Olynthus igitur Athenis aliquando tributaria [2], statim ineunte bello Peloponnesiaco contra Athenienses acriter stetit bellique fortunam periclitata est [3] paene perpetuo.

§. 3. 1) Demosthen. Olynth. III. p. 35. §. 24. Cf. Diodor. ap. Schol. Bavar. ad h. l.

2) Thucyd. Lib. V. cap. 18. infra n. 6. descripto. Cf. Boeckh. Oeconom. Athen. Vol. I. pp. 438 et 443.

3) Thucyd. Lib. I. capp. 56. sqq. — Diodor. Lib. XII. cap. 34. ad Olymp. 86, 2. — Dodwell. Annall. Thucyd. ad $\frac{86,4}{87,1}$. — Corsini F. A. ad Olymp. LXXXVI, 2 — 4.

Mox enim Olymp. LXXXVII, 4. a. Chr. $\frac{429}{428}$ Athenienses quum Chalcidensibus et Bottiaeis bellum intulissent, per Olynthios succurrentes et auxilium imploratum ferentes fugati sunt et Potidaeam compulsi [4]. Ita auctoritas urbis, quae princeps inter Chalcidenses evaderet, amplificabatur. Olynthiorum et fidei et potentiae confisus Brasidas, quum Olymp. LXXXIX, 1. a. Chr. $\frac{424}{423}$ post initas inducias Scionaeos et Mendaeos in fidem recepisset, quo facto Athenienses irati classem instruebant, sociorum illorum liberos conjugesque Olynthum subduxit [5]. Sed pace Olymp. LXXXIX, 3. a. Chr. $\frac{422}{421}$ Nicia auctore inter Athenienses et Lacedaemonios eorumque socios interpositâ, iterum tributaria facta est Olynthus Atheniensibus, ita tamen ut libera esset suoque arbitrio societatem iniret, his foederis verbis: *Τὰς δὲ πόλεις φερούσας τὸν φόρον τὸν ἐπ' Ἀριστείδου αὐτονόμους εἶναι. Εἰσὶ δὲ αἵδε: Ἄργιλος, Στάγειρος, Ἄκανθος,*

4) Thucyd. Lib. II. cap. 79.
5) Thucyd. Lib. IV. cap. 123.

Σκῶλος, Ὄλυνθος, Σπάρτωλος. Ξυμμάχους δ' εἶναι μηδετέρων μήτε Λακεδαιμονίων μήτε Ἀθηναίων. ἢν δὲ Ἀθηναῖοι πείθωσι τὰς πόλεις βουλομένας ταύτας, ἐξέστω ξυμμάχους ποιεῖσθαι αὐτοὺς Ἀθηναίοις. Μηκυβερναίους δὲ καὶ Σαναίους καὶ Σιγγαίους οἰκεῖν τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν, καθάπερ Ὀλύνθιοι καὶ Ἀκάνθιοι [6]. Quinquaginta annos servandum pepigerunt hoc foedus, proximo anno violatum. Namque hujus ejusdem Olympiadis anno quarto a. Chr. $\frac{427}{420}$ Mecybernam, ubi manserat praesidium Atheniensium, Olynthii subito adorti ceperunt [7], quo deinceps navali et portu XX stadia sive 0,4993 Mill. geogr. sive 1 horam ab Olyntho distanti utebantur [8]. Atheniensibus depressis belloque Peloponnesiaco finito Olymp. XCIII. 4. a. Chr. $\frac{401}{404}$, Olynthii potentissimi facti magnae societatis principes, ut taceam de auxiliis Cyro satrapae Olymp. XCIV, 1.

---

6) Thucyd. Lib. V. cap. 18.

7) Thucyd. Lib. V. cap. 39.

8) Strabon. Lib. VII. epitom. 13. p. 330. C. Cas.

a. Chr. $\frac{404}{403}$ missis [9], bellum gesserunt contra praevalidos Lacedaemonios.

SOCIETAS OLYNTHIACA.

§. 4. Olynthus *μυρίανδρος* [1], *πόλις μεγάλη δύναμίν τινα κεκτημένη* [2], *τῶν ἐπὶ Θράκης* [3] *μεγίστη* [4], *εὐδαίμων καὶ*

---

9) Xenoph. Anab. Lib. I. cap. 2. §. 6.

§. 4. 1) Diodor. de virtut. et vitiis Lib. XXXII. Vol. II. p. 589. extr. Wess. Vol. X. p. 47. Bip. Cf. ejusd. Bibl. Lib. XVI. cap. 8. Ceterum de his Epithetis Olynthi cf. Tzschucke ad Melam l. cit.

2) Demosth. Olynth. III. p. 30. §. 7.

3) *Τὰ ἐπὶ Θράκης* sive *τὰ ἐπὶ Θράκης χωρία* (Thuc. Lib. II. cap. 29.) est *Chalcidica Thracia* nec Macedoniae nec Thraciae accensita, quo peculiari nomine appellabant non solum peninsulam inter sinus Thermaeum et Strymonium, sed etiam, a Thessalonica usque ad Amphipolim, magnam regionem superiorem, in quâ coloniarum Graecarum plenâ Chalcis erat colonia Chalcidensium Euboeensium. Lacher Tab. Géogr. s. v. Chalcidique. Gatterer Thracia §. 36. — Goeller ad Thucyd. Lib. I. cap. 59. — Beck. Hist. univ. Vol. I. p. 325. Ed. 2dae. — Adde Steph. Byz. s. v. *Χαλκίς*. — Nunc etiam J. Fr. Gail ad Scylac. p. 572.

4) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §. 12. — Diodor. Lib. XVI. cap. 53: *τὴν μεγίστην τῶν περὶ τοὺς τόπους τούτους πόλεων Ὄλυνθον.*

μεγάλη [5], βαρεῖα [6], nobilis [7], antiquissima, florentissima [8], haec μητρόπολις Χαλκιδέων [9] triginta duas Chalcidicas et omnes fere illius regionis civitates sibi adjunxit, ut ipsa quidem esset princeps [10], socii autem, quod jam monuimus, facile civitate Olynthia, ἐπιγαμίᾳ et ἐγκτήσει fruerentur, qua re civitates alliciebantur et juris, legum, urbium societate devinciebantur atque affinitate. Socias urbes invenimus has: Potidaeam, Apolloniam, Acanthum [11], Toronen [12]

5) Conon. l. cit.

6) Diodor. Lib. XVI. cap. 8.

7) Justin. Lib. VIII. c. 3. §. 11.

8) Orosius Lib. III. cap. 12. extr.

9) Schol. Thucyd. Lib. II. cap. 79.

10) Suidas s. v. *Κάρανος*: — *Τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις δύο καὶ τριάκοντα, ὧν ἐπρώτευον Ὀλύνθιοι*, sc. Philippus cepit, vid. infra §. 5. n. 12. — Polyb. Fragm. Lib. IX. cap. 28 (22). Vol. III. p. 149. Schw. *Ἦν τι σύστημα τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἑλλήνων, οὓς ἀπῴκισαν Ἀθηναῖοι καὶ Χαλκιδεῖς, ὧν μέγιστον εἶχε πρόσχημα καὶ δύναμιν ἡ τῶν Ὀλυνθίων πόλις.* Cf. Tittmann. l. cit. p. 732. sq. — Wachsmuth. Antiqq. Gr. Vol. II. p. 132.

11) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §§. 13 et 15. De Apollonia vide quoque Demosth. Phil. III. p. 117. §. 26, ubi ea urbs 32 Chalcidensibus opponitur.

12) Diodor. Lib. XVI. cap. 53.

cum Galepso sive Lecytho [13], Mecybernam [14]. Quibus fortasse adnumerandae Assa, Pilorus, Singus, Sarta, Sermyle [15]; fortasse etiam Argilus, Stagirus, Scolus, Spartolus, aliae [16]; reliquarum autem vel nomina per Philippum sunt deleta. Toronaeorum et Olynthiorum societas numis quoque celebrata reperitur, ubi apparet *OΛΥΝΘΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ ΑΙΟΝΟΜΟ* (i. e. *δμόνοια*), in aversâ parte prora laureatae navis, fortasse in memoriam victoriae navalis [17]. — Amplificata est maxime Olynthi ditio atque possessio Olymp. XCVI, 4. a. Chr. $\frac{393}{392}$. Amyntas II. enim Philippi pater ab Illyriis in Macedoniam invadentibus victus totâque fere ex Macedoniâ fugatus, velut nunquam regnum recuperaturus, magnum vicini agri tractum, quem ita, si forte regnum recuperaret, sibi tueretur, Olynthiis donavit,

---

13) Mannert l. cit. p. 455.

14) Thucyd. Lib. V. cap. 39. vid. supra §. 3. n. 7.

15) Mannert l. cit. pp. 454. sq.

16) Cf. Thucyd. Lib. V. cap. 18. vid. supra §. 3. et Raoul-Rochette l. cit. Vol. III. p. 203. sq.

17) Rasche et Havercamp. l. citt.

unde reditus percipiebant, et etiam majorem Macedoniae partem ipsamque Pellam [18] tenebant. Amyntae postea a Thessalis reducto et suum repetenti se redditûros esse negant. Tum qui ad summum potentiae fastigium provehebantur Olynthii, pro imbecillitate humana superbi atque insolentes [19] sub imperium ditionemque suam plures alias et remotas urbes subjungere conabantur, ad quas expeditiones denunciabant tum aliis sociis tum Acanthiis et Apolloniatis, quibus imperatum recusantibus incursionem repentinam minabantur; adeoque, si fides habenda adversario [20], cum Athenîensibus et Boeotis de societate ineundâ agebant. Acanthii et Apolloniatae Lacedaemoniorum opem per legatos imploraverunt. Cligenes Acanthius legatus in Lacedaemoniorum et sociorum concione ea dixit, quibus illius urbis potentia

18) Xenoph. l. cit. §. 13.

19) Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §. 18: *τό γε μὴν φρόνημα αὐτῶν τί ἄν τις λέγοι; καὶ γὰρ ἴσως ὁ θεὸς ἐποίησεν ἅμα τῷ δύνασθαι καὶ τὰ φρονήματα αὔξεσθαι τῶν ἀνθρώπων.* Cf. Demosth. Olynth. I. p. 15. §. 23. ibiq. annott.

20) Xenoph. l. cit. §. 15.

doceretur; quam quum nos melius docere non possimus, partem orationis ejus e versione Leonclavianâ paulum immutatâ describamus:

„Habent Olynthii e solis civibus conscriptos gravis armaturae pedites non pauciores octies mille (?) [21], cetratos his longe plures, equites vero, si nos cum ipsis conjungamur, plures habituri sunt quam M. Praeterea legatos Atheniensium ac Boeotorum istic reliquimus, quibus Olynthios decrevisse audiebamus suos ad easdem urbes legatos adjungere de ineundâ societate. Atqui si ad

21) Mitford l. cit. p. 199. in hoc Xenophontis loco Hell. Lib. V. cap. 2. §. 12. probabiliter ὀκταχοσίων mutandum censuit in ὀκτακισχιλίων. Quod pro diversâ ratione exaggerat orator Acanthius, extenuat Atheniensis Demosthenes fals. leg. p. 425. §. 263: ἡνίκα μὲν τετρακοσίους ἱππέας ἐκέκτηντο μόνον, καὶ σύμπαντες οὐδὲν ἦσαν πλείους πεντακισχιλίων (Var. τῶν τετρακισχιλίων) τὸν ἀριθμόν. Cf. Diodor. Lib. XV. cap. 21. ibiq. Wessel.: Οἱ μὲν Ὀλύνθιοι δύναμιν ἀξιόλογον ἠθροικότες, στρατιώτας πλείους ἔχοντες τῶν πολεμίων. Atqui hostes mittendos esse decreverunt decies mille milites. Xenoph. l. cit. §. 20. Ergo Olynthiorum copiae majores fuerunt quam decies mille. Nisi tempora diversarum expeditionum sunt discernenda.

vires Atheniensium Thebanorumque tanta potentia accedat, cavete, Lacedaemonii, ne illis amplius obviam ituri sitis. Et vero quia Potidaeam tenent, ad Pallenes isthmum sitam, existimate etiam eas mox urbes, quae intra illum sitae sunt, ipsorum in potestatem venturas. Sit autem et hoc vobis argumento, quantopere sibi civitates illae metuant: quum Olynthios maximo prosequantur odio, nec tamen ausae fuerunt legatos nobiscum mittere, qui haec vobis exponerent. Quin et illud vobiscum expendite, quî par sit vos operam dare, ne se Boeotia conjungat, ac multo majorem potentiam coëuntem negligere, quae quidem non terrâ modo, sed etiam mari crescat. Nam quid illis impedimento fuerit, quum ipsorum in finibus ad classem aedificandam materies suppetat, neque desint multis ex portubus multisque emporiis vectigalia, et multitudine denique hominum ob fertilitatem soli abundent. Accedit ad haec, quod liberos Thraces vicinos habent, qui quidem nunc etiam Olynthios obsequiis demulcent. Hos si iidem subegerint, aucti erunt potentiâ non exiguâ.

Iam si hi omnes sequantur, etiam Pangaei aurifodinae animos ad se allicient. Atque horum nihil a nobis dicitur, quod non millies in ipsis Olynthiorum concionibus prolatum sit. Omnino tamen hoc quoque vos scire volumus, potentiam illam, quam esse diximus amplam, necdum inexpugnabilem putandam. Nam quae urbes nunc invitae eorum civitate utuntur, si quam potentiam adversariam conspexerint, mox ab iis deficient. At si mutui connubii ac bonorum acquirendorum jure, quod decreverunt, inter se coalescent ac esse fructuosum animadvertent sequi eos, qui rerum potiuntur, profecto non tam facile Olynthiorum vires poterunt dissipari."

His auditis Lacedaemonii eorumque socii auxilia miserunt Eudamida duce, Phoebida subsecuturo, sed eodem Thebis commorante, deinde Teleutia, tum Agesipolide, denique Polybiade in Chalcidicam proficiscentibus; diuturnum enim per 4 annos Olymp. XCIX, 2—C, 1. a. Chr. $\frac{383}{382}$ — $\frac{380}{379}$ [22], magnum et

22) De tempore vid. Schneid. ad Xenoph. l. cit. cap. 3. §. 25. — Mitford l. cit. cap. XXV. §. II. Vol. VI. p. 194. not. 1.

periculosum bellum contra unam Olynthum gesserunt Lacedaemonii eorumque socii Peloponnesii, Thebani, Thessali, Potidaeatae, Acanthii, Apolloniatae, Amyntas[23] aliique reges et milites mercenarii. Duabus expeditionibus a Lacedaemone missis varià fortunà gestum est; pugnas, clades, calamitates utriusque partis lege apud Xenophontem (Lib. V. cap. 2. sqq.[24]). Tres perierunt eo bello Lacedaemoniorum duces: Teleutias et Agesipolis imperatores, et Ischemonidas cetratorum dux[25]. Sed tantis copiis contra pugnantibus Olynthii demum obsessi ad extremamque famem redacti, quod jam neque terrâ frumentum proveniebat neque

23) Ad hanc societatem e Barbeyracii sententiâ (Histor. Foederum Vol. I. p. 195.) respexit Aeschines fals. leg. p. 32. R. §. 32. Bkk. At significantur Aeschinis loco ea tempora, quibus Amphipolitae ab imperio Atheniensium sese abruperant; vid. infra §. 11.

24) Conf. Diodor. Lib. XIV. cap. 92. Lib. XV. cap. 19. sqq. — Isocrat. Archid. Vol. II. p. 40. sq. Aug. cap. 18. Lang. §. 46. Bkk. Ejusd. Panegyr. Vol. I. p. 250. cap. 35. Spohn. §. 126. — Mitford. l. cit. p. 203. sqq.

25) Wessel. ad Diodor. Lib. XV. cap. 21.

mari quidquam importabatur, cogente Polybiade pacem constituerunt, ut Demosthenes magis oratorie quam verius (fals. leg. p. 425. §. 264.) perhibet, ex ipsorum voluntate. Legimus enim apud Xenophontem pacis conditiones has: *Τὸν αὐτὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίοις νομίζειν, ἀκολουθεῖν δὲ, ὅπη ἂν ἡγῶνται, καὶ σύμμαχοι εἶναι.* Nihil de Amynta, nihil de urbibus vel subditis Olyntho vel sociis; Lacedaemonii sibi consuluerunt et Potidaeam quidem aliasque urbes foedere Olynthio destituto in suam ipsorum clientelam libenter receperunt; Olynthus vero magnam hoc bello finito potentiam retinuit, posteroque tempore omnibus Chalcidensibus in eam unam urbem deductis magis etiam valuit [26], eique illa quidem Lacedaemoniorum societas utilissima fuit, quum Timotheus Olymp. CI, 3. a. Chr. 373 [27] in Thraciâ Atheniensium imperium pristinum restitueret [28], qui

26) Demosth. l. cit.

27) Vid. infra §. 18. n. 4.

28) Cf. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 447.

idem Olymp. CIV, 1. a Chr. $\frac{364}{363}$ a Macedonibus adjutus contra eosdem pugnavit [29].

Sed ante, quam reliqua persequimur, agendum de Amphipoli.

De nominibus, situ et origine Amphipolis.

§. 5. Agitur, ut hoc primum moneamus, de Chalcidica Amphipoli [1] (namque et alia fuit Syriae sive Palmyrenes [2], olim Tapsa sive Tapsacum) aut potius de *Thracica*

---

29) De hoc tempore nonnulla congerebamus ad Dem. Olynth. II. p. 22. §. 14. n. 8.

§. 5. 1) Chalcidicis urbibus Amphipolim adnumeratam habes in Beck. Histor. univ. T. I. p. 325 sq. ed. 2dae. Chersonesum (Chalcidicam) eum locum dicit in memorabili fragmento, quod primus Dodwellus (de cyclis p. 742.) evulgavit, Scholiasta Aeschinis in Orat. de fals. leg. p. 754. sq. ed. R. Cf. Otfr. Müller Macedon. p. 26. et Gölleri Index Thucyd. s. v. *Ἠιών*. Aliàs Chersonesus Amphipoli opponitur Demosth. Aristocr. p. 669. R. § 150. B.

2) Plin. H. N. Lib. V. c. XXIV. sect. XXI. T. I. p. 268. l. 16. Hard. Steph. Byz. s. v. *Ἀμφιπ.* Sestin. Class. gen. P. II. p. 120. s. v. Spanh. U. et Pr. Diss. IX. T. I. p. 654. sq. Ed. Lond. Rasche Lexic. numism. s. v. Amphipolis. Cluver. Introd. L. V. c. XIV. §. IV. p. 557. ed. La Martin. Cellar. Notitia. Vol. II. p. 367. et

vel Macedonica [3], quam urbem Strymonis, stagnosi inque unum ut videtur ostium [4] profluentis, fluvii brachia ut insulam cinxerunt

---

p. 386. ed. Schwartz. I. Reg. c. IV. v. 24. Ejus urbis nulli exstant numi. Vid. Sestini et Rasche loc. cit.

Peloponnesiam quoque Amphipolim Strabo refert L. VIII. p. 349. BC. Casaub. c. III. post med. Sed ibi legendum, ut nunc legitur, Ἀμφιδολίας. Wessel. ad Diodor. L. XV. c. 77. — Paulus Schedius, qui nominabatur Melissus, Melrichstadtium patriam urbem dicere volebat Amphipolim. Vid. Creuzer in Secularibus Marburg. p. 10.

3) Accuratissime Steph. Byz: πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην. Vulgo eam *Thracicam* dixerunt. Thucyd. L. I. c. 100. Plin. H. N. Lib. X. c. VIII. sect. X. T. I. p. 550. l. 11. H. Harpocr. s. v. Sed postea quam haec Thraciae pars adjecta est Macedoniae, eandem Macedonicam dixerunt. Plin. l. c. L. IV. c. X. sect. XVII. T. I. p. 203. l. 1. sq. H. Herodotus (L. V. c. 126. L. VII. c. 114.) eam urbem dicit *Edoniae*

4) In ostio Strymonis videmus dissentientes Geographos: alii unum pingunt, alii duo. Vid. mappas Reicharti, Krusii et Mannerti, cf. ejusdem Geogr. T. VII. c. XIII. extr. p. 242. qui Mannertus, et magis etiam Hornius congruere cum auctoribus veteribus videtur. Vid. Orb. antiq. mappa XL., in qua Strymon, urbem duobus brachiis ambiens, uno ostio per paludem in mare profunditur; sed male posita videntur ibidem alia hujus regionis oppida. Cellar. Notit. Vol. I. p. 847. sq. Gatterer. Thracia §. 37. Aliter etiam pictum

et utrimque incluserunt; inde posterum nomen Ἀμφίπολις [5] i. q. urbs isthmo aut freto adjacens [6], vel utrimque inclusa; quod posterum nomen etiam in numis legitur, ut ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ. vel ΑΜ-ΙΦ i. e. βουστροφηδὸν ΑΜΦΙ. vel $\frac{AM}{\Phi I}$ vel plene

est flumen in mappa, quam ad Barthel. Anach. excudendam curavit Barb. de Bocag. cf. ejusdem Analys. crit. p. XVII. a. Ed. Par. 1819. In palude Amphipolitana Demades Laciades, Demadis Demosthenī repugnantis filius adoptatus, periisse dicitur. Vid. Fabric. Biblioth. gr. L. IV. c. 30. §. 13. L. II. c. XXVI. Vol. II. p. 870. Harl. — Hercules eum fluvium dicitur fecisse vadosum. Apollodor. Lib. II. cap. 5. §. 13: Στρυμόνα, πάλαι τὸ ῥεῖθρον πλωτὸν ὄν, ἐμπλήσας πέτραις, ἄπλωτον ἐποίησε, — Inde Ἀμφίπολιν Στρυμονίην vocat Dioscorides in Anthol. Gr. Jacobs. Vol. I. p. 254. extr. Praeter alios Geographos vid. Intrr. ad Lucae Act. Apost. cap. XVII. vs. 1. Reicharti Thesaur. topograph. Fol. 16. Tab. VI. s. v. Amphipolis. et Addenda.

5) Thucyd. L. IV. c. 102. Ἣν Ἀμφίπολιν Ἄγνων (de quo infra) ὠνόμασεν, ὅτι, ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος, διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν, τείχει μακρῷ ἀπολαβὼν ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμόν. Inde profecerunt Maryas (codd. Marusas) ap. Harpocr. et alii. Vid. Wasse ad Thucyd. L. V. c. 8.

6) Poll. Onom. L. IX. §. 27: Ἡ δὲ ἰσθμῷ ἢ κορθμῷ προσοικοῦσα πόλις, ἀμφίπολις.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ [7] et *ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ* [8] et *ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΕΩΝ* [9].

§. 6. Septem referuntur Amphipolis nomina; quae vero ejus sunt aut nomina antiqua aut partes urbanae aut possessiones propinquae: *Ἄρεος πόλις, Urbs Martis.* *Ἄκρα* [1], quae fuit pars agri Amphipolitani post murum patens et ad mare decurrens [2]. *Ἠϊών* Strymonica sive Pierica [3]; hoc significat *litus;* in litore vel in ipso fluminis ostio id fuit emporium et castellum [4],

---

7) Vide infra §. 8. n. 2. citatos.

8) Rasche loc. cit.

9) Sestini Class. p. 86. ed. 2dae.

§. 6. 1) Harpocr. *Ἀμφίπολις πρότερον Ἄκρα καλουμένη. οἱ δὲ Ἄρεος πόλις.*

2) Bauer. ad Thucyd. L. IV. c. 102.

3) Alia est Eion Thracica sive Chalcidica. Thuc. L. IV. c. 7: *Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης Μενδαίων ἀποικίαν.* Ibiq. Ducker. et Göller ad Lib. I. cap. 98. idem in Ind. s. v. Vid. Otfr. Müller Macedon. p. 26. not. 24. Eustath. ad Iliad. *β*. vs. 92. p. 179. Rom.

4) Thucyd. L. IV. c. 102: *ὡρμῶντο δὲ* (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *ἐκ τῆς Ἠιόνος, ἣν αὐτοὶ εἶχον ἐμπόριόν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ ἐπιθαλάσσιον πέντε καὶ εἴκοσι* (*ὡς τριάκοντα* Diodor. L. XII. c. 73) *σταδίους ἀπέχον ἀπὸ τῆς τῶν πόλεως* (*Ἀμφιπόλεως*). Schol. ad ejusd. L. I. c. 98. (*Ἠιών*) *λιμὴν τῆς Ἀμφιπόλεώς ἐστι.* ibiq. Hudson. De

Egnatiam [14]. A Christianis ea urbs, quum e ruinis surrexisset, nominata est ex aurifodinis *Chrysopolis* [15]; a Turcis *Emboli* sive Iamboli [16].

De praestantiâ Amphipolis.

§. 7. Priscis jam temporibus cultam hanc fuisse dicunt [1]. Sed profecto malâ avi conditae urbis vel nomen antiquitas delevisset, nisi rixâ fuisset et contentionibus

---

14) Vid. mappae §. 5. n. 4. citatae. Strabon. L. VII. p. 323. Cellar. Notit. Lib. II. cap. 3. §. 3. Vol. I. p. 850 sq. Müller Maced. p. 16 sq.

15) Non Christipolis, ut legitur in Cluveri (l. c. L. IV. c. IX. §. IV.) editionibus antiquioribus, nec (quod Abr. Ortelius praeoptavit) Christopolis, ut in recentioribus. Sed Chrysopolis. Vid. Wessel. Itiner. Hierosol. p. 604. sq. et quos citat Mannert. l. l. p. 239. not. q. Tzschucke ad P. Melam. Lib. II. cap. 2. §. 9. Vol. III. P. II. p. 199. De aurifodinis vid. proxime.

16) Larcher Tab. geogr. s. v. Amphipolis. et modo citati.

§. 7. 1) Aeschin. fal. leg. p. 215. sq. R. §. 31. Bkk. *περὶ μὲν οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς κτήσεως τῆς χώρας καὶ τῶν καλουμένων Ἐννέα Ὁδῶν καὶ περὶ τῶν Θησέως παίδων, ὧν Ἀκάμας λέγεται φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ* (Phyllidi) *λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην* ibid. Schol. Cf. Raoul-Rochette Histor. Colon. Vol. IV. p. 11.

olim ea celebrata, quae etiam literis frustra ornata erat. Dummodo Zoili Amphipolitae, e cujus orationibus ipse Demosthenes profecisse dicitur, tres libri rerum Amphipolitanarum superessent [2]! Sed et literarum [3] et aedificiorum nunc deleta sunt vestigia ultima, etiam templi Dianae Tauropolo dicati [4]; cujus vestigia, quum ipsa urbs jam in ruinas abiisset, diu durarunt; siquidem Tauropoli templum idem fuerit,

2) Suidas: *Ζωΐλος, Ἀμφιπολίτης, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρομάστιξ. — ἔγραψε μὲν — ἱστορίαν ἀπὸ θεογονίας ἕως τῆς Φιλίππου τελευτῆς. βιβλία τρία περὶ Ἀμφιπόλεως.* Hunc scriptorem adde Küsteriano indici Auctorum. De eodem vide Perizon. ad Aelian. V. H. L. XI. c. 10. ibiq. intt. Fabric. Bibl. gr. L. II. c. VII. §. IX. Vol. I. p. 865. sqq. Vol. I. p. 359. sqq. Harl. Pseudo-Plutarchus (Decem Oratt. Vit. cap. VIII. p. 844. Vol. IX. p. 857. R.) ex orationibus non Zoili, ut Suidas affirmat, sed Zethi Amphipolitae profecisse Demosthenem perhibet. Cf. Perizon. ad Aelian. loc. cit. In Vossii tract. de historr. grr. L. I. c. 15. p. 78 *Megalopolitanus* errorem typographicum corrige *Amphipolitanus*.

3) Literis claruerunt Amphipolitae: Nymphodorus, Pamphilus (?), Philippus, Chiron, et fortasse alii. Vide modo citatos.

4) Diodor. L. XVIII. c. 4. ibiq. Wess. De Diana Tauropolo, quae etiam Athenis colebatur, vid. Creuz. Symb. T. II. p. 128—179. et T. IV. p. 198. sqq. ed. 2dae.

quod Brauronidis Dianae [a], ejus quidem rudera, deletâ reliquâ urbe, Augusti aetate vidit Antipater Thessalonicensis [5], atque deploravit hoc eleganti epigrammate [6]:

Στρυμόνι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένον Ἑλλησπόντῳ
ἠρίον Ἠδωνῆς Φυλλίδος [7], Ἀμφίπολι!

---

a) Strabon. Lib. IX. p. 399. A. Cas. Otfr. Müller Dor. Vol. I. p. 237.

5) Fabric. Bibl. gr. L. III. c. XXVIII. §. VII. Vol. II. p. 710. Vol. IV. c. XXXII. p. 462. Harl. Jacobs Catalog. Epigr. in Animadvv. Anthol. Vol. XIII. p. 848. sqq. Vossius de poëtt. grr. p. 72.

6) Illo epigrammate, quod jam scriba *δυςνόητον καὶ ἐσφαλμένον* inscripsit, vexati sunt *Luc. Holstenius*, qui primus id evulgavit (ad Steph. Byz. s. v. *Ἀμφ.*), *R. Bentleius* (Callim. Fr. CCCCXVII. p. 567. sq. ed. Ern. et denuo ad Horat. L. III. Od. XXV. v. 9), *Boivinus* (Mem. Acad. Inscr. Vol. III. p. 388. sqq. cf. *Burette* ibid. p. 313. sq.), *Wesselingius* (Itiner. Hieros. p. 604. et ad Diodor. L. XVIII. c. 4.), *Toupius* (Emendd. in Suid. s. v. *πρῆνες*. P. III. p. 376. ed. Lips.) et *Interpretes* ad Anthol. graec. T. II. p. 117. extr. et sq. Br. ibiq. *Jacobsii* Animadvv. Vol. VIII. p. 315. sq. et Anthol. Palat. VII. Epigr. Epitymb. nro. 705. Vol. I. p. 521. ibiq. Jac. Vol. III. p. 397. sq. Ex eorum virorum copia nos superiora fere sumsimus.

7) Vid. supra §. 6. n. 11. et §. 7. n. 1.

λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος [8]
ἴχνια νηοῦ
μίμνει καὶ ποταμοῦ τἀμφιμά-
χητον ὕδωρ,
τὴν δέ ποτ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν
ὡς ἅλιανθές
τρῦχος [9] ἐπ' ἀμφοτέραις δερκό-
μεθ' ἠϊόσιν.

Latine: „Amphipoli, monumentum Edonae Phyllidis ad Strymonem et magnum Hellespontum conditum! reliqua quidem Aethopiae (*Dianae*) Brauronidis vestigia templi manent et fluminis, de qua pugnatum est, aqua; *quae* quondam autem *fuit* Aegidis (*Atheniensibus*) magna rixa in utrâque ripâ *sita*, eam videmus ut purpureum pannum."

---

8) Diana, cujus simulacrum ex Tauride reportatum reliquisse dicitur Iphigenia *Braurone*, oppido Attico, parum distanti a Marathone, *Brauroniae* cognomen accepit. Pausan. Attic. L. I. c. XXXIII. §. 1. ibiq. Siebel. — *Aethopia* dicitur παρὰ τὸ αἴθειν τὴν σελήνην. Bentl. ad Callim. l. c. p. 566. Lobeck ad Soph. Aj. pass.

9) Aristot. (Rhet. L. III. c. XI. post med. Vol. II. p. 139. init. ed. Sylb. T. II. p. 716. F. ed. Pacius) de metaphoris et imaginibus agens, pergit: ἔστι γὰρ εἰκάσαι τὸ ἐρείκιον ῥάκει οἰκίας.

§. 8. Sita erat eximia illa colonia, quam Plutarchus (de Glor. Athen. p. 349. C.D.) dixit *δήμων ἀποικισμὸν μυρίανδρον*, et ad mercaturam et ad imperium commodissime. Florebat enim amoena et fertilis ejus ostii regio ficubus, vitibus, oleis, verno tempore nonnunquam maturis [1]. Fertilitatem, agriculturam, mercaturam, victorias numis, qui magnâ copiâ sunt conservati, significare solebant Amphipolitae, his fere typis: Spicâ, Cerere, Caduceo Mercurii, Pallade cum Hasta et Victoriola, Bove depascente vel decurrente, Equo subsultante, Leone stante, Capro gradiente, Tauro cornupeta, Capite viri laureato, Capite Bacchi, Jove barbato et vitta redimito,

---

§. 8. 1) Theopomp. ap. Athen. L. III. p. 77. D. E: *Κατὰ τὴν Φιλίππου, φησίν, ἀρχὴν περὶ τὴν Βισαλτίαν καὶ Ἀμφίπολιν καὶ Γραιστωνίαν τῆς Μακεδονίας, ἔαρος μέσου ὄντος, τὰς μὲν συκᾶς σῦκα, τὰς δὲ ἀμπέλους βότρυς, τὰς δὲ ἐλαίας ἐλαίας ἐνεγκεῖν.* vide quos ibid. citat Casaubon. Plutarch. Cimon. c. VII. p. 482. E. Francf. T. III. p. 186. R.: *τὴν χώραν εὐφυεστάτην οὖσαν καὶ καλλίστην* (*τὴν Ἠιόνα καὶ Ἀμφίπολιν* p. 488. B). Diodor. S. L. XVI. c. 8: *ἡ δὲ πόλις αὕτη* (*Ἀμφίπολις*), *κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν συνέγγυς τόπων εὐφυῶς, πολλὰ συνεβάλετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν.*

Prorâ, Europâ in tauro insidente, Delphino et Tridente, aliis [2]. Abundabant emporiis, portoriis, argenti aurique fodinis, lanâ, materiâ navali; et transitum ad circumjacentes populos aut aperire aut intercludere poterant [3]. Inde hoc de loco opportuno semper

2) Eckhel. Doctr. Vol. II. p. 66. sqq. Ejusd. Museum Caesar. Vol. I. p. 83. sq. Sestin. Class. T. I. p. 18. Id. Edit. 2da. p. 36. Wiczay Museum Hedervar. Vol. I. p. 102. sq. (Pellerin) Receuil Vol. I. p. 180. Spanheim. l. c. (§. 5. n. 2). Luc. Holstein. l. c. Rasche loc. cit. Mionnet. T. I. p. 462. sqq. Suppl. T. III. p. 18. et Tab. V, ubi imagines. Leland Life of Phil. Vol. II. extr. Typus eorum numorum communis fere est Fax, Ceres, Apollo. Cf. Creuz. Symb. T. II. p. 141. sq. et T. IV. p. 70. ed. 2dae. ubi de hujus ipsius Amphipoleos numis.

3) Thucyd. L. I. c. 108: Ἐχομένης δὲ (ὑπὸ τοῦ Βρασίδου) τῆς Ἀμφιπόλεως, οἱ Ἀθηναῖοι ἐς μέγα δέος κατέστησαν, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἡ πόλις ἦν αὐτοῖς ὠφέλιμος ξύλων τε ναυπηγησίμων πομπῇ καὶ χρημάτων προσόδῳ, καὶ ὅτι μέχρι μὲν τοῦ Στρυμόνος ἦν πάροδος rel. Demosth. Phil. II. p. 70. §. 17: εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο (Φίλιππος), οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτο. Livius (L. XLV. c. 30): „Habet — et multas frugum proprietates et metalla et opportunitatem Amphipolis.“ De finitimae regionis praestantiâ pauca delibemus haec: Ad Myrcinum, Amphipolitanum agrum, erant argentifodinae. Herodot. L. V. c. 23. Strabo

atque omni tempore multae magnaeque contentiones [4].

Amphipolis colonia Atheniensium.

§. 9. Antiquis temporibus Edoni ibi habitaverunt [1]; deinde Mendaei, Thasii [2] et alii [3] in hanc oram colonias deduxerunt;

L. VII. c. VII. p. 323. D. Cas. haec refert: ἐπειδὴ Φίλιππος ἐσπούδασε διαφερόντως περὶ ταῦτα τὰ χωρία (ἀπὸ Στρυμόνος μέχρι Νέστου), ὥστ' ἐξιδιώσασθαι, καὶ συνεστήσατο προσόδους μεγίστας ἐκ τῶν μετάλλων καὶ τῆς ἄλλης εὐφυΐας τῶν τόπων. Idem Excerptt. L. VII. c. 16. p. 331. B: εἰσὶ δὲ περὶ Στρυμονικὸν κόλπον πόλεις καὶ ἕτεραι, οἷον Μύρκινος, Ἄργιλος, Δραβῆσκος, Δάτον, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον καὶ ναυκήγια καὶ χρυσοῦ μέταλλα, ἀφ' οὗ καὶ παροιμία. Tum ibidem copiose agitur de Crenidibus, quarum antiquum nomen id ipsum Datum fuisse auctor est Appianus Alex. Bell. Civ. L. IV. p. 1040. ed. Toll. c. CV. ed. Schw. Marx ad Ephori Fragmm. p. 186. St. Croix Mem. Acad. Inscr. Vol. XLII. p. 364. sqq. Cf. Böckh. Oecon. Athen. Vol. I. p. 335. et infra §. 18. De Thracicis Atheniensium metallis vid. Böckh. l. c. p. 334 sqq.

4) Diodor. L. XII. c. 68: περιμαχήτου δ' αὐτῆς (τῆς Ἀμφιπ.) πολλάκις γεγενημένης.

§. 9. 1) Edoni fuerunt e Paeonibus. Beck. l. c.

2) Herodotus, Thucydides, Diodorus locc. citt.

3) Beck. l. c. p. 326. sqq. Cf. qui infra citabuntur §. 10. n. 1.

tum post maximos labores Milesii et Athenienses [4].

Jam primum Aristagoras Milesius, Histiaei gener ac consobrinus, Mileti, dum florebat, procurator, et rebellionis Ionicae indeque Persici belli auctor, Darium male timens ex patria Myrcinum Edonum, quam urbem socer permittente Dario moenibus struxerat, suorum Milesiorum coloniam deduxit regionemque obsedit. Ipse et coloni a Thracibus,

---

4) Chronologia hujus post multos labores conditae coloniae est confusa. Primus Dodwellus (Ann. Thuc. ad Ol. 78. 79. 85.) et dilexit difficultates et excitavit turbas in loco ad has res Amphipolitanas classico Thucydidis (L. IV. c. 102), collato cum Diodori Siculi traditione (L. XII. c. 68.) et cum iis, quos ibidem citat Wess. Quas tenebras dissipasse videtur Corsinus (Fast. Att. Ol. 70 3/4. 77 2/3. 77 3/4. 85 3/4. T. III. p. 136. sq. p. 181. sqq. et p. 221. sqq.). Eum igitur nos fere secuti sumus in hac brevi narratione, quae si cui pro rei gravitate brevior videatur, is velimus evolvat illorum duumvirorum disputationes, qui et rationes et auctoritates copiose suppeditaverunt. Cf. Meursii Fort. Att. c. VI. p. 42. Barbeyrac. Hist. Foeder. T. I. Art. CXLIX. p. 117. sq. St. Croix in Mem. Acad. Inscr. Vol. XLII. p. 360. sqq. Inprimis Raoul-Rochette Hist. Colon. Vol. IV. p. 7. sqq. Gatterer Thracia §. 37 et 48. Wachsmuth Antiqq. Graecc. Vol. II. p. 38.

Tandem Periclis aetate, qua plures mittebantur coloniae [10], anno XXIX post cladem Drabesciam, favente oraculo conati sunt Athenienses, in ea Thraciae parte condere coloniam, Agnone, Niciae filio [11], duce, qui Eione castello erupit, Edonos Novem viis expulit, et urbem muro longo ab fluvii brachio ad brachium ducto munitam, ut supra diximus, Amphipolim appellavit et propinquam condidit Agnoneam [c]. Euthymene Archonte Olymp. LXXXV, 4. = a. Chr. 437. Quare Agnon diadematus in numis Amphipolitanis inveniri perhibetur [12] et monimentis celebratus est. At Brasidas Lacedaemonius quum in bello Peloponnesiaco illam urbem cepisset, tam incolarum amorem mox sibi conciliavit, ut vivus et mortuus tanquam heros coleretur adeoque novus

10) Diodor. L. XI. c. 88. Plutarch. Pericl. c. XI. p. 158. D. Vol. I. R. Cf. Raoul-Rochette loc. cit. p. 1. sqq. Wachsmuth. Antiqq. Gr. Vol. II. p. 39.

11) De Agnonis Familia vid. Reiner. Reineccii Histor. Jul. Vol. II. p. 505. sqq.

c) Stephan. Byz. s. v. Ἀγνώνεια. Cf. Raoul-Rochette loc. cit. p. 44.

12) Mionnet. T. I. p. 463.

cujusmodi hoc occultum esset, ignoraret, sciret tamen novi quid strui, alius aliud confabulabatur et palam secreto narrabat.

Bellum Amphipolitanum.

§. 14. Interea Olymp. CV, 3. a. Chr. $\frac{359}{357}$ difficultates sublevavit Philippus et auxit opes potentiamque: territos a Paeonibus Macedones mitibus alloquiis facundissimus adolescens in officio continuit. Disciplinâ restitutâ et emendatâ militem effecit exercitatum. In proeliis intrepidus militibus aderat hortator, cujusvis virtutis aut etiam ignaviae testis, bene meritos bellicae laudis utilissimis accendebat invitamentis [1]. Paeones, legatis corruptis vel munerum vel blanditiarum ope, primum sibi conciliavit; postea bello subegit. Thraciae regem, qui Pausaniam aemulum in Macedoniam reducturus erat, inescavit; Argeum proelio vicit, quo primo proelio Macedonum animos ad futura belli discrimina fortiter subeunda valde confirmavit. Illyriis, in quos odium quasi hereditarium

§. 14. 1) Valcken. Orat. de Philippo p. 250 sqq, in Hemsterh. Orr. ibiq. citt. Cf. Diodor. Lib. XVI, c. 3.

rem mittendus et ipse cunctator a cunctanti populo ad festinandum iter non est compulsus [4].

Demosth. Olynth. I. p. 11. §. 8. Boeckh. Oeconom. Athen. T. II. c. 12. p. 88. ibiq. citt. n. 293.

4) Vid. §. 14. n. 1.

De *Charetis ingenio* vid. Valcken. Orat. loc. cit. p. 278. n. 70. Barthél. Anach. Vol. II. cap. 23. p. 499. Vol. V. cap. 71. p. 180. et passim. Adde Stobaei Flor. Tit. 54 (52) §. 43. p. 365. Gesn. A. G. Becker. Demosth. Vers. Vol. I. p. 7. n. 15. ibiq. citt. et p. 101. n. 27. ibiq. citt. ed. 2dae. Ejus promissa in proverbium abierunt. Suid. s. v *Χάρητος ὑποσχέσεις*. Zenob. Cent. II. 13. p. 38. ed. Schott. Diogen. Cent. II. 1. p. 187. Chr. Wolf. ad Liban. Ep. DCXII. n. 5. p. 294. Siebelis ad Philochori Fragmm. p. 74. Valesii Emend. Lib. IV. cap. 8. p. 109. Wachsmuth Antiqq. Graecc. Vol. II. p. 337. n. 26. — Diodor. Lib. XV. cap. 95. ad Olymp. CIV, 4: *Χάρης δὲ τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει. — ὁ μὲν οὖν Χάρης καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρανομῶν ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν διεπράξατο, τῇ δὲ πατρίδι διαβολάς.* Plutarch. Phocion. p. 747 extr. Frncf.: *Ἐπεὶ δὲ μεγάλα ταῖς ἐλπίσι περινοῶν ὁ Φίλιππος εἰς Ἑλλήσποντον ἦλθεν μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, ὡς Χερρόνησον ἐν ταὐτῷ καὶ Πέρινθον ἕξων καὶ Βυζάντιον* (Olymp. CIX 4/1. cf. infra §. 29), *ὡρμημένων δὲ τῶν Ἀθηναίων βοηθεῖν· οἱ ῥήτορες ἠγωνίσαντο τὸν Χάρητα στρατηγὸν ἀποσταλῆναι, καὶ πλεύσας ἐκεῖνος οὐδὲν ἄξιον τῆς δυνάμεως ἔπραττεν, οὐδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλλ' ὕποπτος ὢν πᾶσι, ἐπλανᾶτο χρηματιζόμενος*

§. 16. Necdum omnia fortunae subsidia dilapsa Atheniensibus; en novam occasionem Philippi ob injurias illatas puniendi, deturbandi et sua tenendi, si voluissent [1]. In oppugnandâ Amphipoli Olynthus potentissima Athenas misit legatos societatem contra Philippum pacturos. Quod quum is cognovisset, Atheniensibus, non sibi se Amphipolim esse expugnaturum, et, quod jam aliquamdiu pactus sit, confecturum scripsit [2]. Repulsi sunt Athenis Olynthiorum legati [3]. Eodem

---

ἀπὸ τῶν συμμάχων καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων. Cf. id. ib. p. 746. E. Theopomp. ap. Athen. Lib. XII. p. 532. C. — Ei tamen erat adjumento pro mutuo officio Demosthenes. Plutarch. de fraterno amore p. 486. C.

§. 16. 1) Demosthenes Olynth. III. p. 28. §. 2. hoc tempus significare videtur dicens: ἐγὼ δ', ὅτι μέν ποτ' ἐξῆν τῇ πόλει καὶ τὰ αὑτῆς ἔχειν ἀσφαλῶς καὶ Φίλιππον τιμωρήσασθαι.

2) Demosthenica Hegesippi (?) Halonn. p.. 83§. 27: τῆς δ' ἐπιστολῆς, ἣν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμψεν (ὁ Φίλιππος), ὅτ' Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἐπιλέλησται, ἐν ᾗ ὡμολόγει τὴν Ἀμφίπολιν ὑμετέραν εἶναι. ἔφη γὰρ ἐκπολιορκήσας ὑμῖν ἀποδώσειν ὡς οὖσαν ὑμετέραν. Demosth. Aristocr. p. 659. §. 116: Εἰδόσες, ὅτι Φίλιππος, ὅτε μὲν ἐπολιόρκει Ἀμφίπολιν, „ἵν' ὑμῖν παραδῶ, πολιορκεῖν" ἔφη.

3) Demosth. Olynth. II. p. 1. §. 6. ibiq. Ulpian.

tempore Olynthiis, quos contra Athenienses concitaret, Anthemuntem oppidum vicinum et Olynthiis omnibusque Macedoniae regibus controversum, „τῶν ταλαιπώρων Ὀλυνθίων δέλεαρ“ i. e. miserorum Olynthiorum illecebras (Liban.), permisit, et Potidaeam Atheniensium praesidio firmatam promisit [4]. Amphipolim vi et proditione expugnaverat, proditoribus vel expulsis vel interfectis [5]; et Amphipoli occupatâ, quam tamen pro Demosthenis eloquentiâ Atheniensibus se permittere velle jocans dixit Philippus [a], imperio Thracico potiri coepit, quod postea firmandum erat expugnandâ Olyntho [b]. Hinc ortum bellum de Amphipoli recuperandâ, nunquam

4) Diodor. l. cit. cap. 8. ibiq. Wessel. Demosth. Phil. II. p. 70. §. 20. Ael. Aristid. Orat. ad Theban. de Societ. I. Vol. I. p. 478 sq. ed. Jebb. De Anthemunte vid. Müller. Macedon. p. 27 et 33.

5) Non consentiunt Auctores. Demosth. Olynth. I. p. 10. §. 5. ibiq. Ulpian. Liban. Arg. in Olynth. I. p. 7. §. 1. Id. Progymn. Vitup. Philippi. Vol. IV. p. 973. R. Diodor. l. c. ibiq. Wess. Anonymi Argum. supra §. 12. n. 4. cit.: ἔλαβε παρ' Ὀλυνθίων.

a) Dione Chrysost. certe auctore. Or. II. de regno. Vol. I. p. 79. Rsk.

b) Manso Sparta Lib. VI. Vol. III. p. 235.

indictum, vix contra Philippum gestum, qui potius per alios egit, ipse pacem simulans, Atheniensibus interdum etiam credentibus [6].

§. 17. Atheniensibus per tres annos bello sociali occupatis (Olymp. CV, 3 — CVI, 1) et ducibus contra socios quam contra Philippum potius pugnantibus [1], Philippus

---

6) Demosth. fals. leg. p. 446. §. 328. pace jam constitutâ: *δοκεῖτε μὲν εἰρήνην ἄγειν, πεπόνθατε δὲ δεινότερα ἢ πολεμοῦντες.* Idem Olynth. III. p. 36. §. 28. de belli tempore: *οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι.* Idem Cherson. p. 91. extr. §. 7: *πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι νὴ Δία, ὡς, ἂν ἀπέχηται τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Πειραιῶς ὁ Φίλιππος, οὔτ' ἀδικεῖ τὴν πόλιν οὔτε ποιεῖ πόλεμον.* Classica de hoc Philippi more ingenioque est Dem. Oratio Phil. III. Cf. Weisk. de hyperb. I. p. 37. sq. Ael. Aristid. Orat. I. ad Theb. de Soc. Vol. I. p. 481. ed. Jebb.: *Φίλιππος ἐξήρηκε τοὺς κήρυκας ἐκ τῶν πολέμων, καὶ μέχρι τοῦ θεάτρου μόνου χρῆται. ἡγεῖται γὰρ οἶμαι πόλλὴν εἶναι φλυαρίαν, ἐν μὲν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι μὴ προλέγειν τὰ παλαίσματα, μηδὲ τί δεῖ φυλάξασθαι, ἐν δὲ κατασκευῇ πολέμου καὶ συστάσει πραγμάτων προπέμπειν τὸν κωλυτὴν, ὥςπερ δεδοικότα ὑπὲρ τῶν πολεμίων.* Valcken. Or. cit. p. 250 sq. n. 35.

§. 17. 1) Demosth. Olynth. II. p. 26. §. 28: *τοῦτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας, ὅσους ἂν ἐκπέμψητε στρατηγούς.* Pseudo-Demosth. Synt. p. 167. §. 6: *οἱ στρατηγοὶ τοὺς μὲν συμμάχους ἄγωσι καὶ φερώσι, τοὺς*

vehementer opes auxit et amplificavit. Eodem[a] enim tempore Pydnam ~~et Potidaeam~~ subegit. Cum Olynthiis amicitiam firmavit. Crenides obsedit. Quibus in rebus paulo immorandum.

Pydnam (postea Citrum) ab Archelao, rege Macedoniae, Peloponnesiaci belli tempore, Olymp. XCII, 3. a. Chr. $\frac{410}{409}$ haud ita facile in ditionem Macedonum redactam Philippus, quum defecisset ad Athenienses, per proditores recepit, qui, consilium Philippi infestum suspicantes, in Amyntium, quod templum adulantes Pydnaei in ejus patris honorem sacraverant, frustra confugerunt: eos, jurejurando securitatis ac fidei interposito, ipsas inter libationes et jurisjurandi solemnia obtruncavit[2].

δὲ πολεμίους μηδ' ὁρῶσιν. Meiners Histor. Scientt. T. II. p. 616 ibiq. citt.

a) Quin eodem anno omnia ea per Philippum acta sint, dubitat Schloss. Hist. univ. Vol. III. p. 53. not. tt.

2) Diodor. L. XIII. c. 49. L. XVI. c. 8. ibiq. Wess. Demosth. Olynth. I. p. 10 Rsk. §. 5 Bkk. ibiq. Ulpian. Olynth. II. p. 19. §. 6. Strab. Excerpt. L. VII. c. 8. p. 330. B. Cas. De situ Pydnae cf. Alb. Gerh. Becker. Versio Demosth. I. p. 12 sq. ibiq. citt. ed. 2dae. Müller. l. c. p. 12. p. 28. p. 53. Krüger Prolus. 1826. p. 16.

Potidaea Thraciae urbs et Corinthiorum colonia, haud ita diu ante bellum Peloponnesiacum Olymp. LXXXVI, 2. a. Chr. $\frac{435}{434}$ ab Atheniensibus deficiens et cum Corinthiis reconciliata, post perpetuam obsessionem Olymp. LXXXVII, 4. a. Chr. $\frac{429}{428}$ capta erat. Pulsis omnibus Potidaeatis, Athenienses mille suorum missis domicilia urbis agrorumque fundos sorte adsignaverant. Ita colonia Atheniensium facta; quae postero tempore ab iis desciscens, vectigalis reddita erat a Timotheo Olymp. CIV, 1. a. Chr. $\frac{364}{363}$. Tum Olymp. CV, 3. a. Chr. $\frac{358}{357}$ Philippus cum Olynthiis conjunctus [b] expugnavit Potidaeam; Atheniense praesidium tanquam amicus clementer tractatum Athenas remisit, urbem vero Olynthiis, qui ejus adipiscendae magno pridem studio tenebantur, ut societatem confirmaret, libenter permisit [a]. Atheniensium classis sero venerat [b].

b) Dem. Olynth. II. p. 22. §. 14. Quo loco fortasse alia expeditio significatur.

a) Diodor. L. XII. c. 34. sqq. ibiq. Wess. c. 46. ibiq. Wess. L. XV. c. 81. fin. L. XVI. c. 8. Plut. Pericl. p. 168. B. C. Francf. c. XXIX. Vol. I. R. Demosth. Olynth. I.

Crenides, Thasiorum in Pangaeo monte occupatas operum structuris eo ille provexit, ut plus quam M Talentâ (i. e. 1 447 681 Thal. sive 2 605 827 Flor.) annuum reditum ferrent, unde etiam Turcae, deductis impensis, quotannis decies octies mille ducatos, nonnunquam tricies recipere aut recepisse dicuntur [4]. His potitus aurifodinis, auro abundabat. Hinc inopem Macedoniam suam ditavit; hinc pacis ornamenta, hinc belli habuit subsidia; hinc aluit proditores; hinc classes construxit et ornavit [6].

---

p. 11. §. 9. Olynth. II. p. 19. §. 7. p. 22. §. 14. Phil. II. p. 70. extr. §. 20. De situ Potidaeae cf. Becker. l. c. p. 13. ibiq. citt. Mannert. Geogr. T. VII. p. 460. Gatterer Thracia §. 45. — De rebus Potidaeae vid. Larcher Herod. Vol. VIII. p. 463.

4) Vid. §. 23. n. 4.

5) Gronov. ad Justin. L. VIII. c. 3. Harum aurifodinarum totiusque regionis situm accuratissime omnium descripsit Appian. Bell. Civ. L. IV. p. 1040. sq. ed. Toll. c. CV. ed. Schw. cf. Dio Cass. L. XLVII. c. 35. De Pangaeo Müller l. c. p. 8. et Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 7.

6) Demosth. Olynth. I. p. 12 sq. §. 12 sq. Diodor. L. XVI. c. 8 sq. Valck. l. c. Heynii Prolusio Opum regni Macedonici auctarum, attritarum et eversarum

Tum Thessalorum rebus se immiscuit; de quibus infra §. 24.

§. 18. Quis tum temporis Amphipolim conatus esset eripere Philippo? Athenienses levissimi se id facile confecturos esse putantes, Chareti, Olymp. CV, 3. [1], Amphipolim

---

causae, in Opusc. Acad. Vol. IV. p. 169, ubi consiliorum Philippi constans sibi et certa ratio bene exponitur. Cf. Ael. Aristid. Orat. I. ad Theb. de Societ. in Vol. I. ed. Jebb. Drumann. Versuch. p. 27. sqq. Sed idem Heynius si Philippum de exstruendâ magnâ classe unquam cogitasse negat (p. 170), oblitus erat Demosth. Phil. I. p. 46. §. 22: *ἔχοντος ἐκεῖνον ναυτικόν.* Polyaen. L. IV. c. II. §. 22: *Φίλιππος ναῦς ἔχων πολλάς*, et jam Archelaum Perdiccae F. navalium proeliorum commentorem fuisse. Solin. IX. p. 19. E. ed. Salm. Recte vero vidit Vir Doctus ingenia Macedonum studiis maritimis fuisse aliena. Cf. Drumann. I. c. p. 45 sq.

§. 18. 1) Demosth. c. Aristocr. p. 678. §. 173: *ἐβοηθοῦμεν εἰς Εὔβοιαν, καὶ Χάρης ἧκεν ἔχων τοὺς ξένους καὶ στρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτοκράτωρ εἰς Χερρόνησον ἐξέπλει.* Argum. in Isocr. de pace: *Πεμφθεὶς ὁ Χάρης καταδουλώσασθαι τὴν Ἀμφίπολιν αὐτονομουμένην κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον καὶ κατ' ἑαυτὴν γενομένην* (cf. supra §. 15), *οὗτος νομίζων εὐχερῶς αὐτὴν, ὅτε δή ποτε λαβεῖν, καὶ μᾶλλον βουλόμενος τὴν ἀρχαίαν δύναμιν περιποιῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπεχείρησε Χίοις καὶ Ῥοδίοις* rel.

recuperandam et Chersonesum a Cotye occupatam vindicandam mandaverunt [2]. Sed illas quovis tempore se capturum esse existimans, Chios, Rhodios ceterosque socios adortus est. LXXV civitates, quas Timotheus Olymp. C, 4. a. Chr. $\frac{377}{376}$ foederi Atheniensi concilioque communi (*συνεδρίῳ κοινῷ*), quo Athenae revixerant, feliciter adjunxerat, sunt abalienatae [3], et quas idem subjecerat plurimas [4], Chares perdidit. Qui

---

2) De Amphipoli mox plura De Chersoneso vid. Demosth. Aristocr. l. laud., ubi tota haec de Chersonesso contentio exponitur nunc omittenda.

3) Diodor. L. XV. c. 30, cf. Boeckh. Oecon. T. I. p. 448 et 453. sq.

4) Timotheus Socratide Archonte Munychione mense i. e. Olymp. CI, 3. a. Chr. 373 (Demosthenica Or. c. Timoth. p. 1186. R. §. 6. Diodor. L. XV. c. 47. Xenoph. Hellen. L. VI. c. 2. §. 11. Schn. p. 457. lin. 30. Leuncl.), priusquam iterum Corcyraeos adjuturus esset (bis enim Corcyraeos adjuturus, profectus est et Olymp. C, 4. a. Chr. 376 et hoc ipso anno Olymp. CI, 3. Vid. Boeckh. Chronol. Mid. in Academ. 1818. p. 79 sq.), et postea Olymp. CIV, 1. a. Chr. $\frac{364}{363}$ iteram in Thraciam (Diodor. l. c. c. 81) profectus, Potidaeam et multas alias urbes Atheniensibus subegit et ut videtur etiam contra Olynthum pugnavit. Locus classicus est Isocratis De Permut. p. 68 sqq. Orell. §. 107. sqq. Bekk.: (*Τιμόθεος*)

quum CL triremes e navalibus accepisset, nullas reduxit. MD talenta (i. e. 2 171 521 Th. sive 3 908 740 Florr.) in ducum insolentiam insumta sunt, in Deiarem, Deipyrum, Polyphontem (nomina fortasse jocosa), in milites gloriosos et magnificos promissores, in fugitivos homines e Graecia collectos, et,

---

τοσαύτας ἦρηκε πόλεις κατὰ κράτος, ὅσας οὐδεὶς πώποτε τῶν ἐστρατηγηκότων κ. τ. λ. deinde nominantur, quae huc pertinent, post Corcyram captam: Samus, Sestus, Crithotes, Potidaea, Torone, omnes Chalcidicae; tum additur: εἰ δὲ δεῖ μὴ καθ' ἕκαστον, ἀλλὰ διὰ βραχέων εἰπεῖν, τεττάρων καὶ εἴκοσι πόλεων κυρίους ὑμᾶς ἐποίησεν ἐλάττω δαπανήσας, ὧν οἱ πατέρες ἡμῶν εἰς τὴν Μηλίων πολιορκίαν ἀνήλωσαν. Cf. Cornel. N. Vit. Tim. cap. 1. fin. Boeckh. l. c. p. 449. Quae ne confundantur, uni obtutui oculorum supponantur.

Timothei expeditiones in Thraciam et Corcyram factae:

Olymp. C, 4. a. Chr. 376 primùm Corcyraeos adjuturus profectus est.

Olymp. CI, 3. — — 373 primùm in Thraciam profectus, iterum in Corcyram.

Olymp. CIV, 1. — — $\frac{364}{363}$ iterum in Thraciam profectus, Potidaeam aliasque urbes subegit, et contra Olynthum pugnavit.

Olymp. CV, 1. — — $\frac{360}{359}$ contra Olynthios de Amphipoli recuperandâ.

ut domi ipsius causam agerent, in mercenarios oratores. A miseris insularibus quotannis sexaginta talenta (86 860 Thal. sive 156 349 Flor.) exigebat Chares tributi nomine; naves et homines Graecos in libero mari depraedabatur. Philippus e Macedonia erumpens in Chersonesum, non ut de Amphipoli pugnaret, sed jam, si quae unquam Atheniensibus propriae [a], de Imbro et Lemno et Scyro; unde Etesias, quibus Athenienses ab auxilio impediebantur, manens, cives captivos abduxit vel ipse vel sociis auxiliantibus. Chersonesum Athenienses jam erant deserturi [b]. Tum rex in mari errans fortunamque tentans et periclitans [c], ad Geraestum, Euboeae meridionale promontorium

a) Post cladem quidem ad Aegospotamos acceptam eas quoque insulas amiserunt Athenienses, easdem tamen easque solas pace Antalcidea Olymp. XCVIII, 2 receperunt. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 446. Cf. Wachsmuth. Antiqq. Graecc. Vol. II. p. 37 sq.

b) Lucchesini ad Olynth. II. not. 22. p. 328: „Non ante Olymp. CVI, 4 [itaque post finitum bellum sociale], quo Athenienses eam provinciam praeter Cardiam a Cersoblepte acceperunt [vid. infra §. 27], nec post Olymp. CVII, 1.“ [Argumentis confusis].

c) Haverc. ad Oros. Lib. III. cap. 12. p. 172.

vide 8 pag. post (36)

conditor haberetur, cui ejectis Agnonis monimentis summos honores praestarent [13].

Amphipolis sub aliena potestate.

§. 10. Hi coloni, non solum ex Atheniensibus, sed etiam ex omnis generis hominibus collecti [1], inimicis metropoleos vel Lacedaemoniis vel Macedonibus quam ei ipsi magis favebant. Jam Olymp. LXXXIX, 1. a. Chr. $\frac{424}{423}$ in Perdiccae II Macedonis et Brasidae Lacedaemonii artes ac fraudem delapsi sunt [2], et quum Niciae pace Olymp. LXXXIX, 3. a. Chr. $\frac{422}{421}$ ex jure obtinendae Amphipolis Atheniensibus vindicato redditurі essent urbem Lacedaemonii, inviti,

---

13) Thucyd. Lib. V. cap. 11. Taschucke ad P. Melam Lib. II. cap. 2. §. 9. Vol. III. P. III. p. 138.

§. 10. 1) Collecta erat e pluribus Thracum populis multitudo; etiam Mysi ac Teucri ex Paeonia ad Strymonem migraverant. Heyn. Opusc. Academm. Vol. VI. p. 492. ibiq. citt. Eam multitudinem Thucydides (Lib. V. cap. 106.) nominavit βραχὺ Ἀθηναίων ἐμπολιτεῦον, τὸ δὲ πλεῖον ξύμμικτον. Cui denique etiam admixti sunt Lacedaemonii. Philippi Epist. in Dem. Opp. p. 164. §. 21.

2) Thucyd. L. IV. c. 102. sq. Diodor. L. XI. c. 70. LXII. c. 60. Polyaen. L. I. c. 38.

3) Thuc. Lib. V. cap. 18.

redierunt in metropoleos potestatem Amphipolitae [a]. Sed ea omnia pertinent ad primum bellum Amphipolitanum [b], quod, ut animum Amphipolitarum in Athenienses ostenderemus, in memoriam revocavimus. Missis omnibus [4], quae inde evenerunt, properemus ad Philippi Macedonis aetatem.

§. 11. Quum Philippus, admodum juvenis [1] regno Macedonico potitus esset Olymp. CV, 1. a. Chr. $\frac{360}{359}$ [2], Macedones Amphipolim tenebant. Namque ante decennium

---

3) Thucyd. L. V. c. 21 et 46.

b) In eo bello, quod infeliciter gesserunt Athenienses, fugit Socrates. Ael. Aristid. Vol. II. p. 198. Jebb.: *Σωκράτης συστρατευόμενος ἐπὶ Δηλίῳ* (in Boeotia, octavo anno belli Peloponnesiaci, vid. Wolf. ad Plat. Conv. p. 114. cf. Laches. p. 281. b. St. Barthél. Anach. Vol. V. p. 481. ibiq. citt.) *καὶ ἐν Ἀμφιπόλει καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ.*

4) Nonnulla, quae inde evenerunt, nuper composuit Leloup. Prolegomm. in Isocr. Philipp. p. 9. sq. Cf. Goeller. Argum. in Thucyd. Lib. IV. Vol. I. p. 413. sqq.

§ 11. 1) Wess. ad Diod. L. XVI. c. 2. Suidas s. v. *Κύρανος* magno ad hanc narrationem pertinenti fragmento Philippum tradit eo tempore natum fuisse XXII annos. Natus esse videtur Olymp. XCVIII, 2.

2) Corsinus l. c. T. IV. p. 18 e calculo suo effecit Olymp. *CIV*, 4. Diodorus Sic. autem L. XVI. c. 2 tradit

Amphipolitae, quorum semper, ut jam monuimus, plurimi cives cum inimicis Atheniensium stabant, horum ab imperio sese abruperant; in ditionem suam ut redigerent, miserant Athenienses cum paucis navibus Iphicratem. Quem Eurydice Amyntae mortui (Olymp. CII, 3. a Chr. $\frac{370}{369}$) [3] uxor et Philippi mater contra Pausaniam, in regnum invadentem et propter tempora multum valentem, in auxilium arcessivit. Iphicrates Pausaniam Macedonià expulit. Ejus beneficii immemor primus Ptolemaeus Alorites (qui ab aliis Amyntae dicitur filius [4], fortasse nothus [5], ab aliis Eurydices viduae

---

Olymp. *CV*, 1., item *Ὀλυμπ. Ἀναγραφή*. Sed Eusebius Chronic. Olymp. *CIV*, 3. Dissentientes conciliari videatur verbis Justini (L. VII. c. V): „Philippus diu non regem, sed tutorem pupilli [sc. Amyntae, Perdiccae F.] egit. At ubi graviora bella imminebant seramque auxilium in expectatione infantis erat, compulsus a populo regnum suscepit.“ Cf. Oros. L. III. c. XII.

3) Diodor. Sic. L. XV. c. 60.

4) Wessel. ad Diod. Sic. L. XV. c. 77. c. 71.

5) Hoc conjicit Palmerius ad Diodor. L. XV. c. 60. cf. Vogel. Biograph. Vol. II. p. 15. not.

maritus [6]) Alexandro necato et Macedoniae regno usurpato Olymp. CIII, 1. a. Chr. $\frac{368}{367}$, de Amphipoli adversatus est Atheniensibus. Deinde Perdiccas, Ptolemaeo dolose sublato [7] Olymp. CIII, 4. a. Chr. $\frac{365}{364}$, item de Amphipoli cum Atheniensibus gessit bellum, sed Callisthene Atheniensium duce inducíae factae sunt, quibus Amphipolis per simplicitatem atque humanitatem Atheniensium a Macedone retenta est [8].

Amphipolis libera.

§. 12. Philippo post quatuor annos regnum occupante, rediturus erat ille Pausanias,

---

6) Schol. Aeschin. p. 754. Reisk. — De tempore cf. etiam Goelleri Prolegomena in Dem. p. 14. n. 48.

7) Diod. L. XV. c. 77. Et Scriptor Anonym. *τῆς Ὀλυμπ. ἀναγρ.* ad h. a.

8) Aeschin. fals. leg. p. 211. sqq. R. §. 26. sqq. ibiq. Schol., qui p. 755 eam ipsam proditionem significare videtur his verbis: *ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Τιμοσθένους* [fort. leg. *Καλλισθένους*] *Ἀλκίμαχος ἀπέτυχεν, αὐτοῦ παραδόντος αὐτὸν* (sc. *τοῦτον τὸν τόπον* s. *τὴν Ἀμφίπολιν*) *Θρᾳξὶν, ἐπὶ Τιμοκράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος*. i. e. Olymp. CIV, 1. apto igitur nostrae narrationi tempore. Barbeyr. Histor. Foed. T. I. Art. CCXXXII. p. 204. sq. ibiq. citt.

quem ab Iphicrate ejectum supra commemoravimus; atque affectabat idem regnum Argeus Pausaniae frater [1]. Hanc invenisse sese putabant Athenienses opportunam Amphipolis e Macedoniae potestate recuperandae occasionem, si Argeum ita adjuvarent, ut Amphipolim ipsis redderet. Conditione promissâ auxilia in Macedoniam Mantia duce miserunt. Repente vero Philippus, injurias, quibus erat lacessitus, tum dissimulare satius

---

§. 12. 1) Stemma regum Macedoniae commode videmus in Schlosseri Hist. univ. Vol. I. p. 152. Cf. inprimis Saxii Tabulae genealog. Tab. XXIII. et Reiner. Reineccii Familiae regum Macedoniae. Ejusd. Historia Jud. Vol. III. p. 20. Olivier. Hist. Phil. Vol. I Généalog. Philipp. ex Syncell. Chronogr. p. 260. sqq. ed. Par. T. VII. Byzant. et ex Africau. in Scaliger. Thes. p. 371. Dodwell. Annall. Thucyd. ad Olymp. LXXXI, $\frac{2}{3}$. p. 640. sq. ed. Beck. Histor. univers. Baumgart. Vol. VII. p. 139. sqq. Wess. ad Diod. L. XVI. c. 92. Denique Beck. Hist. Univers. Vol. I. p. 803. ibiq. citt. Spanheimius, quem idem Beckius citat (de Usu et Praest. Num. Diss. VII. c. 2. „De Antiquis Macedoniae ante Philippum et Alexandr. regibus.“ T. I. p. 374. ed. Lond. 1706. fol.) etiam scripturam Ἀργεῖος numis firmat; libri praeter Africanum l. c. Euseb. l. c. p. 134. et fortasse praeter alios Ἀργαῖος exhibent. Cf. Gottleb. ad Thuc. l. c. 56. II. 29. et 95. Dodwell. Ann. Thucyd. ad Olymp. $\frac{86}{87}$ $\frac{4}{1}$.

ducens, ut alio tempore ulcisceretur, contentionis causâ relictâ Amphipolim sponte decedens liberam esse pronunciavit callidus. Amphipolitarum, qui ei ut deo sacrificabant [2], gratiam consecutus, et, „Athenienses capiant eam urbem abalienatam, dum possint," alta mente complectens, eis verba dedit, se in eâ recuperanda occulte opem esse laturum; societatem blandis verbis obtulit, aut potius, ut dixit, amicitiam a patre acceptam restituere voluit. Nimirum laborabat multis difficultatibus regni obtinendi [3]. Quo tempore, si fides habenda Scholiastae Aeschinis, Timotheus, cui Amphipolis erat recuperanda, contra Olynthios, qui, nescimus quomodo, eam tenebant, fortasse ut in foedus receptam defenderent, Charidemi Oritae fraude infeliciter pugnavit [4].

---

2) Ael. Aristid. Orat. I. ad Theb. de Societat. Vol. I. p. 480. ed. Jebb.

3) Demosth. Aristocr. p. 660. R. §. 121. Bkk. Diodor. L. XVI. c. 2. sq. Polyaen. L. IV. c. 2. §. 17. Liban. Orat. ad Theodos. II. Vol. I. p. 663. sq. R.

4) Ita quidem concludere liceat ex Schol. Aeschin. l. c.: *Τιμόθεος ἐπιστρατεύσας ἡττήθη* (sc. *ἐν Ἀμφιπόλει*),

§. 13. Olymp. CV, 2. a. Chr. $\frac{359}{358}$ Philippus, missis Athenas legatis, ad pacem secum ineundam populum hoc permovit, quod nihil sibi amplius juris in Amphipolim vindicabat [1]. Contra missi sunt Athenis Antiphon et Atheniensis (?) [2] Charidemus

---

ἐπὶ Καλαμίωνος (Var. Καλαιωνος. Corrige: Καλλιμήδους) ἄρχοντος i. e. Olymp. CV, 1. Vid. Corsin. F. A. Diss. VIII. c. 15. Vol. I. p. 348. sq. et ad h. annum Vol. IV. p. 19 Adde nunc Boeckh De Archontibus in Academ. Berol. 1827. init. Diodorus S. Lib. XVI. cap. 2 (hoc caput scribere voluit Corsinus, non 8) non omnino consentit. Sed huc pertinere videtur Domosth. Aristocr. p. 669. sq. R. §. 149. sqq. Bkk. Verba §. 150: μισθοῖ αὐτὸν Ὀλυνθίοις τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς καὶ τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Weiskius (de hyperbole II. p. 43.) ita explicavit: „Charidemus se vendidit et Olynthiis vestris hostibus et iis qui Amphipolim tum habebant sive cum Macedonibus facientes regebant". Qua explicatione efficeretur, ut non Olynthii illo tempore Amphipolim tenuissent, sed Macedonum amici Amphipolitae. — Anonymi Argum. in Dem. f. leg. init. p. 384: ἔλαβε παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφίπολιν, οὖσαν κτῆμα τῆς πόλεως (Ἀθηναίων) καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις, καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι. i. e. Olymp. CV, 3. Cf. Rumpff. Dissert. de Charidemo Orit. p. 5. qui vero p. 17. de anno hujus expeditionis laborat.

§. 13. 1) Diodor. L. XVI. c. 4.

2) Rumpff. l. c. p. 25.

legati cum Philippo de amicitia et societate acturi [3]. Qui quum ad regem acutum et versutum pervenissent: ut jam exsolveret promissum, permovere conabantur, Pydnâ, quae á Macedonibus ad Athenienses defecerat, ab altera parte et occulte promissâ. Quibus utrimque ac rite firmatis, legati domum reversi de illa transactione, quae Pydnaeos ceterosque lateret, cauti nihil ad populum tulerunt, sed clam in Senatu egerunt. Curiosum vulgus Atheniense quum [4],

3) Theopomp. ap. Suid. T. III. p. 467. et ap. Phot. Lex. p. 588. sq. ed. Pors. s. v. *Τί ἐστιν.* Demosth. Olynth. II. p. 19. R. §. 6. B. ibiq. Ulpian. p. 28. B. C. ed. Francf. 1604. T. V. p. 22. A. ed. Bas.

4) Novitatis curiosos fuisse Athenienses et loquaces, probabit Tibi vel Mounteney ad Demosth. Phil. I. (Sect. V. p. 126, ed. XIIImae. ibiq. cit. Casauboni. ad Theophr. Char. VIII. *περὶ λογοποιΐας* p. 107. ed. Fisch. cf. ejusd. Theophr. *λαλιᾶ* et *ἀδολεσχία* ibiq. Casaub.) p. 43. §. 10: *ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιιόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι* [*κατὰ τὴν ἀγορὰν*]: *λέγεταί τι καινόν;* rel. Cf. ibid. p. 54. §. 48. Olynth. II. p. 24. extr. §. 23. Olynth. III. p. 38. §. 35. Idem I. leg. p. 434. §. 288. sq. Acta Apostoll. c. XVII. vs. 5. 17 et 21. ibiq. Intrr. inprimis Wolfius: *Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.*

et portum [d], comprehensis navibus immensam pecuniam prope Atticam coegit, atque adeo ad Marathonem escendit et Paralo, ut putatur [5], sacrâ sanctâque triremi Atheniensium raptâ abiit Olymp. CVI, 2. Extra ordinem conciones Athenis habebantur metu et tumultu. Res ita labefactatae erant ac periculosae, ut Antiochus, velocibus navibus praefectus, quam primùm solveret, Charetem quaesitum; nesciverunt enim Athenienses, dux et copiae ubi essent [6]. Sed in viam recedendum; abripuit enim nos e serie annorum Aeschinis narratio, omnia, etiam extremo belli socialis tempore quae evenerunt

d) De Geraesto vide et alios et Mannert Geogr. Vol. VIII. p. 264 sq. Lacher Tab. Geogr. s. v. Interprr. ad Stephan. Byz. s. v., ubi etiam de variâ scripturâ *Γεραστός* (*Γέραιστος*) et *Γεραιστός*, hanc amplectuntur Viri Docti in Demosthene. Vid. Var. Lect. in Schaeferi Apparat. crit. Vol. I. p. 363 et in Bekkeri Edit. maj. loc. mox citando.

5) Philochor. et Androtion. ap. Harpocrat. s. v. *ἱερὰ τριήρης*. Cf. id. Harp. Suid. et Phot. s. v. *Πάραλος*.

6) Aeschin. f. leg. p. 37. p. 247 sqq. R. §. 70 sqq. Argum. in Isocr. de pace. Demosth. Olynth. III. p. 36. §. 28. Olynth. I, p. 17. §. 27. ibique Ulpian. Olynth. II. p. 26. §. 28. (Isocrat. Areop. Vol. II. p. 100 sq. ed. Aug. §. 9 sqq. Bkk., qui tamen Isocratis locus non

mala et fortasse quae postea quoque evenerunt, ex ira et odio in Charetem referentis.

Est vero quaerendum, an recte composuerim Aeschinis locum cum Demosthenis locis, tanquam de uno eodemque facto et tempore loquentium. Demosthenes enim Phil. I. p. 48 sq. §. 31—34: *Τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν* rel. Itaque, si haec posterior pars ejusdem, cujus prior, est orationis Olymp. CVII, 1 habitae, quae hic narrantur, ante id tempus evenerunt. Jam de insulis illis a Philippo vexatis, altero Demosthenis loco, quo Archon nominatur, narratio et tempus definitum esse videtur, de Coron. p. 265. §. 115: *Ψηφ. Ἄρχων Δημόνικος Φλυεὺς, Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μετ' εἰκάδα — Ἀθηναίων ὁπλιτῶν δισχιλίων ὄντων ἐν Ἴμβρῳ, — οὐ δυναμένου Φίλωνος διὰ τοὺς χειμῶνας πλεῦσαι καὶ μισθοδοτῆ-*

---

prorsus cum illis consentit, et fortasse de alia expeditione agit). Cf. Boeckh. l. c. T. I. p. 314. Wachsmuth (Antiqq. Graecc. Vol. II. p. 344. n. 65. b) post captam Olynthum Charetem esse ab Antiocho quaesitum contendit.

σαι τοὺς ὁπλίτας rel. At proh dolor! iste Archon Demonicus nusquam invenitur. Attamen Corsinus (F. A. Vol. I. Diss. VIII. §. XVI. p. 349 sq.) Olymp. CV, 3 amplectitur, sed, ut sincere loquar, argumento nititur falso; namque hoc anno, Philippum in Imbrum invasisse e Diodori S. L. XVI, c. 8 probabat, quo loco ne hilum quidem. Sed c. 21 a *Chiis*, *Rhodiis*, *Byzantiis* Lemnum, Imbrum, alias insulas devastatas esse Olymp. CVI, 1 legitur. Cf. Vogel Biograph. T. II. p. 56. et p. 271. A. G. Becker. Version. Demosth. Vol. I. p. 17 sq. Ed. 2dae. Bremi philolog. Beiträge p. 29. Et vero a Strabone *L. IX.* c. V. p. 837. A.B. Cas. post Methonen et Magnesiam sibi subjectas (i. e. post Olymp. CVI, 4) Scyrum et alias Atheniensium insulas sibi subjecisse dicitur. Certe haec ante Olymp. CVII, 1 ex Philippicâ I patet evenisse. — Magis etiam haeremus in reliquis a Demosthene narratis, eodemne an alio tempore ad Geraestum et Marathonem appulerit Macedo, dubitantes, neque ex alio loco quid proficientes. Pseudo-Demosth. Neaer. p. 1346. §. 3 sq.

Viri docti in hac re definienda vehementer discedunt: Lucchesinio (p. 271 not. 73) placet Olymp. CV, 3: „tum enim, inquit, et ille classem habuit instructam et Athenienses, quod orator ait, nullo modo socias urbes ope suâ tueri et confirmare potuerunt. — Ille tunc liber erat a ceteris bellis; Athenienses autem sociali detinebantur. — Accedit, quod hic postea semper ad hujus orationis tempus terrestribus bellis irretitus fuit.“ Hactenus copiosior Lucchesinius, male sibi constans; namque ad Olynth. II. not. 22 p. 328 exspiscatus sibi videtur Olymp. CVI, 4, itaque post finitum bellum sociale. Jacobsius autem (Introd. ad Orat. de pace p. 302) pro certo id factum esse contendit Olymp. CVIII, 1. Cui praeivit Leland Vit. Phil. Vol. II. p. 25 sq. Vid. Weiske de hyperb. I. p. 33. sq. p. 43. Vix ego temperabam laetitiae, quum Boeckhio praestantissimo antiquitatis perscrutatori hanc meam quaestionem placuisse viderem, qui censet Demonicum referendum esse in Olymp. CVI, 2, Callistrato Archonte. Vide Illius Diss. de Archontibus Pseudeponymis p. 7 sq. cf. p. 17. in Academ. Berol. 1827.

§. 19. Sed quocunque tandem tempore ea facta sunt, in Charete contra Philippum jam valentem et multa molientem non satis praesidii putabatur. „Fit Menestheus dux, filius Iphicratis, gener Timothei; et, ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo usu sapientiâque praestantes, quorum consilio uteretur, pater et socer, quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset per eos amissa posse recuperari.“ Reliqua et ex eodem Aemilio Probo (Corn. Nep. [1]), unde illa huc inserenda putavimus, et aliunde [2] satis nota sunt: Chares collegis imperium abjudicavit. Transiit ad Artabazum. Bellum sociale finiunt Athenienses magno detrimento Olymp. CVI, 1 [3]. Auxit opes Philippus.

§. 20. Olymp. CVI, 1. a. Chr. $\frac{356}{355}$ Atheniensibus pericula imminentia coecutientibus, tres simul Thracum, Paeonum et Illyriorum reges contra Philippum conspiraverunt, qui, Macedonibus vicini, quum opibus hostis in

§. 19. 1) Vita Timoth. c. III.

2) Diodor. L. XVI. c. 21. sq. ibiq. Wessel.

3) Id bellum nuperrime delineavit Leloup ad Isocrat. de pace Prolegg. p. 53 sqq.

dies magis magisque crescentibus inviderent, nec tamen singulis, jam Olymp. CV, 2. $\frac{359}{358}$ ab eo victis, pares ad rebellandum vires suppeterent, conjuncti victoriam de eo se relaturos esse confisi sunt. Verum hos, dum copias parant, subito adventu oppressos et perculsos, Macedonibus addictos esse coëgit [1]. Interea Olynthii socii sui (§. 17 et 18) cum Atheniensibus bellum gererent diuturnum, curavit [2]. Olymp. CVI, 2, a. Chr. $\frac{355}{354}$ exardescebat bellum Phocense [3]. In quo dum

§. 20. 1) Diodor. L. XVI. c. 22 sq. Demosth. Olynth. I, p. 13. §. 13. ibid. p. 15. §. 23.

2) Demosth. Mid. p. 566. §. 44. b. Bttm. p. 578. §. 53. d. ibiq. Excurs. IX. p. 139. et Boeckh. Oecon. T. II. p. 111 sq.

3) Hoc anno Corsinus Diodorum sequens, sed Larcherus Sancto-Crucium sequens primo anno Olymp. CVI alterum bellum sacrum incepisse vult. Cf. Olivier. Hist. Phil. Vol. I. p. 142 sq. n. 2. Valesii Histor. Secundi Belli Sacri in Memorr. Acad. inscr. Vol. IX. p. 97 sqq. Vol. XII. p. 177—203. inprimis p. 200. Weisk. de hyperb. III. p. 18 sq. De causis belli vid. Wachsmuth Ant. Gr. Vol. II. p. 341. Primum bellum sacrum, Olymp. XLV, 1. a. Chr. $\frac{600}{599}$ — Ol. XLVII, 3. a. Chr. $\frac{590}{589}$ gestum, idem descripsit Valesius in Memm. cit. Vol. VII. p. 201—239. cf. Corsin. Diss. Agonn. II. p. 39 sqq. ed. Lips.

mutuo vires suas atterebant senescendo desipientes Graeci neque de communi libertatis hoste indies crescente cogitabant, aliis in rebus occupatus quidem, erat tamen interim Philippus tacitus pugnantium speculator [4].

§. 21. In Euboeâ iterum Philippus, grandia spe complexus (namque, quod obiter moneamus, Macedones ob situm et naturam suae terrae facile et tuto erumpentes ingens, si Deus voluisset, dixeris condere potuisse regnum [1]), Philippus igitur Atheniensibus in Euboeâ Olymp. CVI, 3, a. Chr. $\frac{354}{353}$ [2] negotia exhibuit, in quam irrepsit exercitum e Macedoniâ traducens; et oppida sibi obstrinxit

4) Verba Valckenarii Orat. de Phil. p. 264 sq.

§. 21. 1) Heyn. l. c. Vol. IV. p. 159 sqq. et Drumann. Versuch. p. 21 sqq. idem difficultates p. 40 sqq. enumerat, quibus Macedonia erat obnoxia; opportunitates, quibus fruebatur, exposuit nuper O. Müller. Macedon. init.

2) De hoc anno vid. Boeckh. in Comm. Academ. Berol. 1818. p. 61 sqq. praecipue p. 82 sqq. et Oecon. Ath. T. II. p. 108 sqq. Cf. Ulpian. ad Dem. Phil. I. extr. p. 87 Bas. p. 58. Francf. 1604: τὸ ἐν Εὐβοίᾳ πρὸ τριῶν (ἐτῶν). i. e. Olymp. CVI, 3. Habita est enim haec Philippica I Olymp. CVII, 1.

per tyrannos [3], et largitionibus corrupit proditores, et multitudini literas scripsit: „ne quid sperarent auxilii e societate Atheniensium, qui se ipsos non possent servare [4]“; itaque omnia et singula quasi perforavit et subvertit fundamenta. Inprimis Clitarchum civem Eretriensem assentientibus ejus civibus commovisse videtur contra Plutarchum tyrannum Eretriensem [a]. Implorabat contra Philippum opem Atheniensium Plutarchus et orabat, ut insula a Macedone occupata liberaretur [b]. Commendabat hanc rogationem Midias Plutarcho amicus et Demostheni adversarius [c]; dissuadebat Demosthenes primus et solus [d]. Eo invito et tantumnon, ut

3) Euboeae partem tyrannis obediisse, docet Heyn. l. c. Vol. II. p. 274. Cf. Reiner Reinecc. Histor. Jul. Vol. II. p. 373 sqq.

4) Schol. August. Demosth. p. 124. Vol. II. Oratorr. Gr. Rsk.

a) Schol. August. p. 126. ad Dem. de pace p. 58. §. 5.

b) Plutarch. Phocion. cap. 12. p. 746. sq. Frncf. Vol. IV. R.

c) Dem. Mid. p. 550. extr. §. 110 et p. 579. init. §. 200.

d) Dem. de pace p. 58. §. 5.

ipse praedicat, ab adversariis dilacerato, missae sunt copiae Phocione et Hegesilao ducibus, exiguae illae quidem, quia incolas sperabatur promte ad Phocionem concursuros esse. Qui vero omnia cum offendisset discordiis laborare, proditoribus conferta, et largitionibus corrupta esse, in periculum est adductus magnum. Quare occupato tumulo, qui a Tanynarum campo altâ valle dirimtus erat, continuit firmissimum agmen et exercuit, garrulos et ignavos milites e castris aufugere libenter patiens. Auxit etiam angustias Callias Chalcidensis, qui e totâ Euboeâ exercitum collegit, et a Philippo copias alias arcessivit, et Taurosthenes ejus frater Phocenses mercenarios transvexit contra Athenienses summis difficultatibus laborantes [e]. Cunctatorem Phocionem cum adorti essent hostes, Plutarchus eum trepidare ratus cum mercenariis percurrit, et equites Athenienses injussu Phocionis e castris effusi sunt, sed primis caesis omnibusque disjectis Plutarchus fugit. Interea ceteri hostes, qui fusos

e) Aeschin. c. Ctes. p. 480. §. 86 sq.

esse omnes putabant vallum adorti exscindere moliebantur et perrumpere. Impetu autem sustento plurimi hostes ad vallum concisi sunt. Tum Phocion phalangem occasioni insidiari jussit simulque colligere et recipere antea dissipatos, ipseque cum delectis, in quibus Thallus, Glaucus et Aeschines [f], incurrit in hostes, et omnes commissâ acri pugnâ impigre atque strenue certaverunt, et equites ex fugâ revocati peditum victoriam confirmaverunt. Postea Plutarchum proditorem Phocion Eretriâ expulit, et occupatis Zaretris opportunissimâ arce Euboeam, ex qua coloniâ [5] Athenienses olim majores quam e totâ Atticâ fructus perceperant [6], prudenter et fortiter in aliquod tempus servavit [7]. Iste enim Plutarchus Hegesilao adjutore populum decepit Euboeamque ad defectionem ab Atheniensibus commovit et

f) Aeschin. f. leg. p. 332. §. 169.

5) Vellej. L. I. c. 4. Clavier. Hist. gr. Vol. I. p. 336.

6) Thucyd. L. VIII. c. 96.

7) Vide quos citat Boeckh. Oecon. l. l. not. 370. et eundem in Acad. Berol. l. c. p. 83 et 87 sq. praecipue Plutarch. Phocion. loc. cit. Cf. Vogel Vita Phocionis p. 195 sq.

mercenariis stipendium debitum postulantibus Atheniensium primores vinctos tradidit, qui redemtionis pretium solverent. L Talentis sive 72 384 Thal. sive 130 291 Flor. missis ab Atheniensibus redemti sunt g. Fuit id re verâ bellum pro tyranno infido ingloriosum et sumtuosum h, cujus rei Hegesilaus est accusatus i. Olynthiacum quoque bellum est continuatum 8. Ita diversis in locis Atheniensibus totique Graeciae quasi semen discordiarum sparsit et incendium belli inflammavit vigilans calliditas Philippi, cujus verissimam imaginem delineavit Aelius Aristides Orat. I ad Thebanos de Societate contra eum ipsum ineundâ 9. Etiam in Peloponneso iste, scilicet in auxilium vocatus k, aliquid machinabatur,

g) Ulpian. p. 390. D. ed. Frncf. p. 116. p. med. ed. Bas. ad Dem. f. leg. p. 434. §. 290. Idem p. 178 extr. Bas. p. 671 med. Frncf. ad Dem. Mid. p. 550. extr. §. 110.

h) Dem. pac. p. 58. §. 5.

i) Ulpian. loc. cit.

8) Vide Boeckh. Oecon. p. 111. et eundem in Acad. p. 82.

9) Vid. imprimis p. 487 sq. Vol. I. ed. Jebb.

k) Polyb. Lib. XVII. cap. 14. Vol. IV. p. 31 sqq. Schw. Cf. Manson. Sparta Lib. VI. Vol. III. P. I p. 243. P. II. p. 293.

Arcades potissimum ad suas partes perdu-cens; quos ad commune bellum contra Macedonem concitaturus ab Atheniensibus frustra missus est Aeschines [10], tum quidem patriae amans, ut videtur Olymp. CVI, 4. a. Chr. $\frac{353}{352}$.

§. 22. Namque Olynthii reconciliati dicuntur in Demosthenis Aristocrateâ (p. 656. §. 108), quae habita est Olymp. CVII, 1. a. Chr. $\frac{351}{350}$ [1]. Itaque Olymp. CVI, 4. a. Chr. $\frac{353}{352}$, quum Philippus esset rebus Thessalicis occupatus, cum Atheniensibus reconciliati sunt, eoque consilio, ut contra Philippum bellum inciperent [2]. Eo ipso quoque tempore Philippus Olynthios incursionibus vexavit [3], captos puerulos et mulierculas abduxit inque peregrinam terram abducendos

---

10) Demosth. f. l. p. 344. §. 10. sq. p. 438 sq. §. 303 sqq. Aeschin. f. l. p. 257. R. Vogel. l. c. p. 85. sq. ibiq. cit. et p. 274 sq. ubi de tempore hujus legationis.

§. 22. 1) Weiske de hyperbole P. III. p. 33. Andr. Schotti Vit. Parall. ad h. annum p. 67 (61). ed. Aug. Vind.

2) Dem. Olynth. I. p. 10. extr. §. 7. III. p. 30. §. 7. ibid. p. 32. §. 16. Cf. Leland life Vol. I. p. 154. sq.

3) Demosth. Phil. I. p. 44. §. 17. habita eodem quo Aristocratea anno Olymp. CVII, 1.

aliis largitus est, et Aeschines quum legatus esset, 30 mulierculis et puerulis Olynthiis, quos a Philippo acceptos Atrestides quidam circumducebat, in illo itinere obviam factus est [4].

§. 23. Jam Olymp. CVI, 4 tam brevi tempore tam magna tamque multa evenerunt, in quibus bene et suo loco ordinandis haereamus. Tantâ hoc tempore celeritate sua persecutus est Philippus consilia, ut, si locorum simul spatia, in quibus egerit, inspiciamus, id vix fieri potuisse videatur; nox enim eundem videmus ad Byzantium, nox ad Thermopylas pugnantem.

Methonen Thracicam (erant autem quinque ejusdem nominis urbes [1]), ab Eretriensibus olim Corcyrâ pulsis conditam, quum

4) Demosth. fals. legat. p. 439. §. 305 sq. Vogel Biograph. Vol. II. p. 274 sq. Placuerunt haec Boeckhio. Vid. Ejus Diss. de Archont. l. cit. p. 8.

§. 23. 1) Videsis Nicolai Methonensis Refutation. Praefat. p. XII. ibiq. cit. Maussac. ad Harpocr. s. v. *Μεθώνη*. Cf. Suid. et Phot. s. v. p. 253, 4. Pors. Eustath. in Iliad. *β'* vs. 716. p. 328, 35 Rom. ibiq. Politus p. 703.

XL Stadiis sive 2 Horis a Pydnâ distantem [2] animadverteret Philippus esse opportunam hostibus suis arcem, in quam belli Peloponnesii 16 anno sive Olymp. XCI, 1. a. Chr. $\frac{416}{415}$ deduxerant Athenienses colonos suos et Macedoniae exsules, obsidione cinxit; quippe qui jam non eo esset contentus, quod submoverat bella, sed ultro etiam, nec per alios, sed ipse et aperte quietos lacessens, hoc Macedoniae propugnaculum Olymp. CVI, $\frac{3}{4}$ a. Chr. 354 fortiter expugnavit et deletam urbem agrumque Macedonibus habitandum dedit. In quâ oppugnatione Aster, qui a Luciano dicitur Amphipolita, a Plutarcho Olynthius, sagittâ de muris egregiâ dexteritate jactâ alterum regis oculum effodit [3].

---

2) Thucyd. L. VI. c. 7. Plutarch. Quaest. grr. XI. p. 253. A. B. ed. Francf. T. VII. R. Strab. Excerpt. L. VII. p. 330. B. Casaub. c. 8. Cf. Müller. l. c. p. 28. Krüger. Prolus. 1826. p. 16.

3) Diodor. S. L. XVI. c. 31 et c. 34. ibiq. Wess. Lucian. Quomodo Hist. sit conscr. c. 38. T. IV. Bip. ibiq. Palmer. ibiq. citt. ibid. C. Fr. Hermann. p. 231. Justin. L. VII. extr. ibiq. Berneccer. Barbeyr. l. c. p. 218. n. 1. ibiq. citt.

Atheniensium classis hac urbe expugnatâ serò venit [4].

§. 24. Post haec Thessaliam suae ditionis facere cupiens, equitesque Thessalos exercitui suo robur addere desiderans, ipse quidem Thessalis non inferebat bellum, sed ut olim Archelaus, Amyntas et Alexander quasi auxilio arcessitus videri malebat; cuique autem opitulabatur opem imploranti, victoriam nactus, popularem se esse simulabat, imbecillorum curam gerebat, potentiores affligebat, factiones alebat. Quum igitur Pelinenses cum Pharsaliis inimicitias contraxissent et Pheraei cum Larissaeis [1], ceteri autem ab alterutrius gentis partibus starent,

4) Demosth. Phil. I. p. 50. §. 35. extr: *τοὺς ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασάς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν.*

§. 24. 1) Huc fortasse referendus, quem tentant Interpretes, Justini (L. VII. c. VI) et Orosii (L. III. c. XII.) locus: „Post haec [i. e. post captivos Athenienses Olymp. CV, 3 sine pretio dimissos] bello in Illyrios translato [cf. supra §. 14.] urbem nobilissimam *Larissam* capit" rel. Cf. Strab. L. IX. c. V. p. 440. B. Cas. Id factum esse Olymp. CIX, 1 censet Goeller Prolegg. in Dem. p. 29. Cf. Weisk. de hyperb. I. p. 37. n. 87.

quumque Alexander Pherarum tyrannus a Thebe, uxore suâ, et a Tisiphono, Lycophrone, Pitholao, Thebes fratribus, trucidatus esset: Aleuadae [2] hos tyrannos, peregrinis militibus validisque copiis instructos, sibi oppugnandos proponebant. Sed soli tantae moli non sufficientes, Philippi societatem opemque petebant. Is tyrannos debellavit Olymp. CV, 4. Post quatuor annos Olymp. CVI, 4, quo ipso tempore Methonen expugnabat, iterum a Thessalis, sive ab iisdem Aleuadis sive a ceteris Thessalis, accitus, copias in Thessaliam traduxit. Ac primum cum Lycophrone, Tisiphonus enim maximus natu tum jam obiisse videtur, bellum

---

2) De *Aleuadis*, regiâ familiâ (Herodot. Lib. VII. cap. 6. Cf. Tittmann. Respubl. graecc. p. 388. sq. ibiq. citt.), quae praecipue Larissae valebat, vid. Reiner. Reinecc. l. c. p. 154 sqq. Vales. ad Harpocr. s. v. *Τετραρχία*. Mannert. l. c. p. 550. Buttmann Diss. de Aleuadis in Academ. Berol. 1822. p. 171 sqq. ibiq. citt. praecipue p. 208. Adde Valesius ad Sozomeni Histor. Eccles. I, 1. p. 97. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 22 sqq. ibiq. citt. Gattererus (Introd. in synchron. Hist. univ. P. II. p. 444 sq.) nomen deducendum putat ab אַלּוּף i. q. *dux*, *princeps* gentis vel familiae (אֶלֶף).

gessit. Postea Phocensium, cum Atheniensibus societate conjunctorum et Thessalis semper infestorum [3], Pheraeis autem amicorum auxilia a Lycophrone petita Thessaliâ expulit. Sed Onomarchus Phocensis, qui totius Thessaliae dominatum animo praeceperat, cum omni exercitus sui robore suppetias Lycophroni allatum profectus, bis proelio Macedones vicit adeoque multos occidit, ut Philippus in extremum discrimen adduceretur aegreque obtineret, ut milites dicto sibi audientes essent. Brevi post in Macedoniam coactus est se recipere, unde cum recenti agmine in Thessaliam reversus, Thessalis permotis, ut conjunctis viribus bellum gererent, proelium cum Lycophrone et Onomarcho acerrimum iniit, et, quod iis equites Thessali tam virtute quam robore praestabant, victoriam obtinuit Philippus, cui Lycophron et Pitholaus, auxiliis destituti, Pheras tradiderunt; fide datâ dimissi ad Phocenses transierunt. Olymp. CVII, 1. a. Chr. $\frac{352}{351}$ [4]. Sed misere

3) Pausan. L. X. c. 1. §. 2 sqq.

4) Script. Ὀλυμπιαδ. ἀναγραφ. ad h. a.

periit Onomarchus. In eâ ipsâ calamitate Chares pro Atheniensibus Pagasas (?) occupaturus cum multarum triremium classe praeternavigavit; quem ducem Philippus non morans antevertit in obtinendis Pagasis, earumque portoriis ac vectigalibus [5]. Pagasae enim (sive, ut hoc obiter moneamus, a fontibus, *πηγαῖς*, sive ab aedificanda, *πήγνυσθαι*, Argo dictae) Pelasgiotidis Thessalicae portu nobiles et emporio, erant navalia Pherarum, unde XC Stadiis s. 4½ Horis aberant [6]. Item celerrime Magnesiam montibus clarissimam, Thessalicae ditionis et regionem et urbem mercaturâ florentem, quae a Thessalis defecisset, Philippus in

5) Polyaen. L. IV. c. 2. §. 19. Diodor. L. XVI. c. 14. c. 35. c. 37. et quos citat Wess. Conon. Narrat. 50. p. 54. ed. Kanne. ex Phot. Bibl. cod. 186. p. 236. Hoesch., ubi ut et alibi *Πυθόλαος*.

6) Athen. L. I. p. 27. F. Strab. L. IX. p. 436 sq. Casaub. c. 5, qui locus maxime ad nostram rem pertinet. Harpocrat. et Phot. s. v. *Παγασαί*. Wess. ad Diodor. L. XVI. c. 31, ubi et apud Suid. s. v. *Παγάς* vel e Gemist. Pleth. L. XI. pr. corrigendum *Παγασάς* pro *Παγάς*. Cf. Demosth. Olynth. I. p. 15. §. 22. et Phil. I. supra §. 23. n. 4. cit. De Pherarum, Pagasarum et Magnesiae situ cf. Mannert. l. c. p. 587 sqq. sqq.

eorum gratiam subegit; quanquam vero eum postea, quum castellum ibi exstrueret, scilicet ne iterum deficerent Magnetes, prohibuerunt Thessali ipsamque repetierunt et Pagasas [7]: eos tamen, quorum [7] perfidia in proverbium abiit [8], sic sibi reconciliavit

7) Ulpian. p. 19. B. C. ed. Fr. 1604. p. 18. ed. Bas. ad Olynth. I. p. 15. R. §. 22. Cf. Demosth. Olynth. II. p. 20. §. 7. p. 21. §. 11. p. 22. §. 14. Olynth. I. p. 11. §. 9. p. 12. §. 13. Rebellaturis Olymp. CVIII, 2 Pheraeis (Dem. f. leg. p. 444. §. 320) Magnesiam reddidit. Phil. II. p. 71. §. 22. Goeller (Prolegg. p. 29. n. 17) id factum esse dicit Olymp. CVIII, 4 vel CIX, 1. At in Philippicâ II, quae habita est Olymp. CIX, 1 exeunte, de hac re, ut de satis priore, agitur; opponitur enim νῦν.

8) Ἀεὶ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα, fortasse ex Tragoediâ quadâm petitum, sive τὸ Θετταλὸν σόφισμα. Vid. Schol. Aristoph. Plut. v. 521. ibiq. Hemsterh. Schol. ad Euripid. Phoeniss. v. 1416 (1408) ibiq. Valcken. p. 145 sq. Eustath. ad Iliad. B. v. 733. p. 331. Rom. Zenob. Cent. IV. 29. p. 87. sq. ibiq. Schott. Sive Θετταλῶν νόμισμα. Vid. Suid. Cent. VII. 80. p. 444. ed. Schott. Erasmi Adag. Cent. III. ad. 10. p. 81. Demosth. Aristocr. p. 657. §. 112: Θετταλοὶ δ' οὐδένα πώποθ' ὄντινα οὐ προὔδωκαν. Id. Olynth. I. p. 15. §. 22: τὰ τῶν Θετταλῶν ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. Perfidiae Thessalicae exempla conquisivit Lucchesini p. 313, quâ et sequenti paginis omnino de Thessaliâ. Cf. p. 306 sq. — Platon. Crit. p. 53. D. cap. 15:

obligatosque devinxit, ut non ipse tantum semper, sed et filius Alexander socios habuerit atque expeditionum comites in fide constantissimos [9].

§. 25. Ita, qui jam non de Amphipoli, sed de principatu contendit [1] cum Atheniensibus, Phocensium rebus commode se immiscuit; tum in Phocidem invasurus [a], perrexit versus Thermopylas Olymp. CVII, 1. a. Chr. $\frac{352}{351}$. Sed Athenienses, audito belli eventu, ne in Graeciam Philippus intraret, tandem angustias illas pari ratione, qua

---

ἐκεῖ (ἐν Θετταλίᾳ) γὰρ δὴ πλείστη ἀταξία καὶ ἀκολασία. ibiq. Fischer p. 211. n. 11: „Thessali enim tum infames erant ob licentiam libertatemque vivendi, fraudulentiam, levitatem, immodestiam, petulantiam, luxuriem aliaque vitia." Vid. quos Fischer citavit. Cf. Valcken. Or. cit. p. 261 sq.

9) Valcken. Orat. Philipp. p. 260. Cf. Lucchesini ad Olynth. II. n. 10. p. 318 sq.

§. 25. 1) Strabo l. c. p. 437 de hoc ipso loco et tempore agens: πολεμῶν γὰρ (πρὸς τοὺς Ἀθηναίους) περὶ τῆς ἡγεμονίας, ἐπεχείρει πρώτοις ἀεὶ τοῖς ἔγγυθεν, καὶ καθάπερ αὐτῆς τῆς Μαγνητίδος τὰ πολλὰ μέρη τὴν Μακεδονίαν ἐποίησε καὶ τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς ἄλλης τῆς κύκλῳ γῆς, οὕτω καὶ τὰς πρὸ τῆς Μαγνησίας νήσους ἀφῃρεῖτο, rel.

a) Liban. Argum. de pace p. 55. §. 1.

antea advenientibus Persis, occupaverunt. Clausis igitur classe Thermopylis impeditus recessit [2]; quanquam vero ea Atheniensium expeditio plus CC Talenta (i. e. **289 536** Th. sive **521 164** Flor.) constitit, pluris tamen aestimata est, ut Diophanto et Callisthene auctoribus domi et foris laudationibus et sacris celebraretur [3].

§. 26. Nec magis eo certe anno feliciter egit cum Arymbâ (sive Arybbâ), Epiri rege, quem Atheniensium foederi Olymp. C, 4. a. Chr. $\frac{377}{376}$ Timotheus adjunxerat [1], quique ipsius Philippi erat affinis, ut ex hâc tabulâ apparet:

---

2) Dem. f. leg. p. 443. §. 319. Id. de Coron. p. 236. §. 32. Diodor. L. XVI. c. 38. A Scriptore quidem Anonym. *Ὀλυμπ. ἀναγρ.* ad Olymp. CVI, 4 refertur „*ἡ εἰς Πύλας Ἀθηναίων ἔξοδος*.“ At quod Boeckh. in Acad. l. c. p. 79 docuit, huc pertinet. Cf. ejusd. Oecon. Ath. Vol. II. not. 194. p. 62.

3) Demosth. fals. leg. p. 367 sq. §. 84 sqq.

§. 26. 1) Diodor. L. XV. c. 36. Corn. Nep. Tim. c. 2.



A proximis manus non abstinuit Philippus; siquidem Arymbam pellere regno statuit callide. Alcetâ enim mortuo, Arymbas et Neoptolemus quum inter se dissiderent, inter eos intercessit. Fratres vero prudenter reconciliati, regnum fide servatâ partiti sunt; ut postero demum tempore, Arymbâ mortuo, Macedo consilium Epiri sibi subjiciendae potuerit perficere [2].

§. 27. Relictis Thermopylis, abiit in Thraciam. Quânam vero in parte Thraciae

2) Diodor. L. XVI. c. 72. Pausan. L. I. c. XI. §. 1—3. Demosth. Olynth. I. p. 13. §. 13. Justin. L. VIII. c. 6. Harpocrat. et Reines. Observv. in Suid. s. v. Ἀρύβας. ibiq. citt. Reiner. Reinecc. Histor. Jul. Vol. II. p. 159. Ibid. Stemma XI. p. 22. Saxius l. c. Suppl. ad Tab. VII. Xylander ad Plut. Vit. Pyrrh. init. Nicolaus Diss. de Alexandro Molosso. in Memm. Academ. Inscrr. Vol. XII. p. 339 sq. Goeller Prolegg. in Dem. p. 38 sq.

primum hoc tempore apparuerit, ignoramus. Fuerit fortasse in Chalcidicam tum facta expeditio, quam Diodorus aliena conjungens (L. XVI. c. 52. ad Olymp. CVII, 4) tangit, et fortasse etiam Justinus (L. VIII. c. 3. cf. Orosius L. III. c. 12), qui haec: „Inde (i. e. postquam Philippus Thermopylis recesserat) veluti rebus egregie gestis in Chalcidicam (ita fortasse legendum pro verbo *Cappadociam* [a]) trajicit, ubi bello pari perfidiâ gesto captisque per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio Macedoniae adjungit."

Deinde Thraciae alios reges ejecit, alios constituit, Cotyi fortasse successuros; namque Cotyi, Thraciae regi, qui Chersonesum, antiquam Atheniensium possessionem [b], sibi adsciverat, a Pythone [c] et Heraclide Aeneis interfecto, hac conditione successerat Cersobleptes, filius minimus natu, ut cum Berisade

---

§. 27. a) Leland tamen (life of Philip. Vol. I. p. 187. sq.) *Cappadociam* retinendum esse putat.

b) Wachsmuth. Ant. grr. Vol. II. p. 36 sq.

c) De quo Wachsm. loc. cit. p. 377.

et Amadoco [1] regnum partiretur. Quisque vero totum regnum affectans, auxilium opemque quaerebat Atheniensium, qui Cersobleptem, tota Chersoneso praeter Cardiam [d], quam qui tenebat et in Thraciam borealem et in Chersonesum nullo impedimento excurrere poterat [2], post varias contentiones ac pugnas concessâ, ut solus regnaret, se adjuturos esse promiserunt, et colonos in concessas Chersonesi urbes duxerunt Olymp. CVI, 4. a. Chr. $\frac{353}{352}$ [3]. Transegerat eas res Charidemus Orita et aliàs et tum perfidus; is enim, qui Atheniensibus se favere simulabat, Philippo, Maroneam ingresso, per

1) Fratres fuisse eos Cersobleptis negat Rumpff. (Diss. de Charidemo Orita. Gissae. 1815. p. 20). At refragantem afferre possis Justinum L. VIII. c. 3: „Forte evenit, ut eum *fratres duo*, reges Thraciae, — disceptationum suarum judicem eligerent.“ Vid. ibid. Intrr. cf. Orosius L. III. c. 12. Jam ante Rumpffium quaestionem hanc et proposuit et affirmavit Vogel. Biogr. Vol. II. p. 269. — Alia H. Wolf. ad Olynth. I. p. 13. R. §. 13.

d) Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 460. not. 584.

2) Demosth. Aristocr. p. 681. §. 182.

3) Barbeyr. l. c. p. 215. n. 7. Raoul-Rochette Hist. Colon. Vol. IV. p. 412.

Apollonidem Cardianum fidem obtulit. Tum, quod Polyaenus (L. IV. c. II. §. 22, cf. Demosth. Aristocr. p. 681 extr. sq. §. 183) narrat incidisse videtur, qui haec: Philippus, Abderitarum et Maronitarum occupatâ regione, revertebatur cum navium magno apparatu et pedestribus copiis. Chares autem circa Neapolim prope Philippos [4] insidias navales habebat cum viginti triremibus. Quare Philippus in delectas quatuor naves optime navigantes imposuit remiges aetatis vigore, arte ac robore praestantissimos, quibus mandavit, ut ante universam classem praenavigarent et a terra non longe recedentes Neapolim praeterveherentur. Chares, ad diripiendas eas quatuor naves, suas viginti deduxit. Illae leves et optimis remigibus instructae celeriter in altum provehuntur. Quas dum Chares certo ordine cum suis insequebatur, Philippus clam et tuto Neapolim est praetervectus; Chares autem ne quatuor illas quidem naves cepit. Hactenus Polyaenus. Nos vero an tempus recte signaverimus,

4) St. Croix. in Memm. Acad. Inscrr. Vol. XLII. p. 365.

videant alii; tum certe Charetem in Hellesponto fuisse patet e Diodoro (L. XVI. c. 34 ad Olymp. CVI, 4. cf. Demosth. l. c.) contra Charidemi artes pugnantem. Sed mittamus nunc longiorem et accuratiorem narrationem de Charidemi, alterum fere Philippum referentis, perfidiâ et calliditate, quam satis explanat Demosthenis Aristocratea [e]. Cersobleptem vero quum ab Atheniensibus adjuvandum vidisset Amadocus, Amadoci, fortasse jam trucidati, filius, confugit ad Philippum auxilio ferendo paratissimum [5].

Causa Philippicae I.

§. 28. His rebus Athenienses demum commoti, Philippi conatus esse timendos intelligebant, quumque eum etiam in Thraciâ regnum extendere audiebant, animo demittebantur, fallacibus rumoribus vel de vulnerato vel de aegroto vel de mortuo Philippo crebro dissipatis (Phil. I. p. 43. §. 10.

---

e) Lucchesini ad Or. de Cherson. p. 308 sqq. p. 389 sqq.

5) Diodor. L. XVI. c. 34 (cf. §. 24. n. 2). Anonym. Argum. in Demosth. Aristocr. p. 619, et ut supra dixi ipsa Aristocratea praecip. p. 623 sq. Demosth. Olynth. III.

n. 8) male et in breve tempus refecti, quos summa mox incedebat consilii inopia. Haec ansam Demostheni praebuit Philippicae I, quae habita est ante mensem Maemacterionem (vid. §. proximam) Olymp. CVII, 1 sive ante Novembrem anni 352 a. Chr. Qua Orator suorum civium animos erexit et ad agendum atque militandum excitavit. Vide Dispositionem. De proximo quidem ejus orationis eventu taçent historiae, sed consentaneum est, esse eà effectum, ut quum animi demissio desperationi, angori, exspectationi rerum ac turbationi cessisset, magna expeditio decreta sit, de qua proxime.

Oppugnatio Heraei.

§. 29. Namque in Thraciâ oppugnavit Philippus Ἡραῖον Τεῖχος, Junonium Castellum, ab Herodoto nude dictum Ἡραῖον, Perintho proximum, ad Bosporum et ad Byzantium spectans, itaque haud ita remotum a Byzantio, a Samiis in Junonis honorem

---

p. 29. §. 5. Harpocr. et Suid. s. vv. Ἡροσθλέκτης et Κόνυς. Theopomp. ap. Harpocr. s. v. Ἀμάδοκος. Goeller Prolegg. cit. p. 10.

olim aedificatum erat, sed tum in Atheniensium potestate, quo frumentum suum ex illâ regione petendum tuerentur, fuisse videtur. Quam commeatus parandi facultatem Philippus Heraeo expugnando erat interclusurus; certe eam ob causam postea Olymp. CIX, 4 et CX, 1 aggressus est Perinthum et Byzantium [1].

Athenis igitur quum Heraeum ab Philippo obsideri nunciaretur, magnae turbae, clamor et tumultus. Demosthenes enim (Olynth. III, p. 29. §. 4 sq.) eam tempestatem narrat et eventum loco omnibus numeris absoluto ita: „Meministis, viri Athenienses! nunciatum fuisse vobis, Philippum in Thraciâ, tertio quartove abhinc anno

---

§. 29. 1) Herodot. L. IV. c. 90. Dionysius Chalcidens. ap. Harpocr. s. v. Ἡραῖον Τεῖχος ibiq. Vales., quocum cf. de significatione τεῖχος Tzschucke ad P. Melam Lib. II. cap. 2. §. 6. Vol. III. P. II. p. 107. Stephan. Byz. s. v. Etym. M. p. 436, 39. Sylb. Boeckh. Oecon. T. I. p. 85. ibiq. citt inprimis Demosth. Coron. p. 254. §. 87. Diodor. L. XVI. c. 74. et c. 78. Creuzer Orat. de Civit. Athen. p. 65. Ed. 2dae. Doun. ad Dem. de pac. p. 183 sq. Cf. Vogel. l. c. p. 88 sq., qui hoc Heraeum prope Perinthum situm fuisse negat.

(i. e., *quum haec oratio Olymp. CVII, 4 habita sit, Olymp. CVII, 1 — 2*) [2] Heraeum castellum obsidere. Tum igitur mensis erat Maemacterion (i. e. Olymp. CVII, 1. a. Chr. 352. 30 Octbr. — 27 Novemb.). Multis autem verbis et tumultu facto apud vos, decrevistis, ut quadraginta triremes deducerentur, et qui infra annum *aetatis* essent quintum et quadragesimum *(sexagenariis demum vacatio dabatur), eas* ipsi *(cives, non*

---

2) Corsinus vult Olymp. CVII, 4. Contra tantum virum ego meam causam defendere vix ausim; Tu, benevole Lector! patrocinium praesta. Ille vero (F. A. Vol. I. p. 350) haec: „Charidemus classem in Hellespontum duxisse legitur Callimacho Athenis Archonte, id est anno 4 Olymp. CVII (Dionys. Hal. Ep. ad Am. [c. 9.]), atque a Demosthene (Olynth. III) Navarchus fuisse dicitur Boedromione mense antequam Olynthus a Philippo vinceretur, hoc est anno 1 Olymp. CVIII.“ Ego si liti cecidero, cadet simul, qua nititur Corsinus, cum Dionysii tum Demosthenis auctoritas; namque ille (l. c.), quocum consentiunt ceteri scriptores (vid. Wess. ad Diodor. L. XVI. c. 52 sq.), Callimacho Archonte i. e. Ol. CVII, 4 Olynthiacum bellum ultimum evenisse, hic vero tertio quartove anno ante hanc Olynthiacam orationem Charidemum esse missum affirmat. Ne quid vero dissimulare videar, non consentiunt in aetatis anno, quo Demosthenes Olynthiacas

mercenarii) conscenderent, et talenta sexaginta (i. e. 86 860 Thal. sive 156 349 Flor.) extra ordinem conferrentur. Postea eo *(Olymp. CVII, 1)* anno praeterito, *praeteriit anni Olymp. CVII, 2di* Hecatombaeon (*a. Chr.* 351. 22 Jul. — 20 Aug.), Metagitnion (21 Aug. — 18 Sept.), Boedromion (19 Sept. — 18 Oct.) [3]. Eo vix tandem mense post *magna* initia *Eleusinia* [4] Charidemum *Oritam* [5] cum decem navigiis vacuis, *quae mercenariis compleret*, et quinque talentis argenti (i. e. 7 238 Thal. sive 13 029 Flor.) ablegastis. Ut enim nunciatum fuit Philippum aegrotare, et esse mortuum (nam uterque rumor est allatus), nihil jam opus esse

habuerit. Vid. Schott. Vit. Parall. ad Olymp. CVII, 4. At constat errasse cum Dionysio Schottum in anno Demosthenis natali (Boeckh. de Chron. Midian. in Acad. Berol. 1818 p. 77.) indeque ejus error etiam in hac re.

3) Ideler. Chronol. Handbuch. T. I. p. 383 — 386. quocum non conveniunt aliae Tabulae. Cf. L'Art de vérifier les dates avant Jes. Chr. Vol. III. p. 202.

4) Boedromionis 15 — 23 diebus quotannis ea celebrabantur. Creuzer. Symb. T. IV. p. 493 sq. et p. 524 sqq. ed. 2dae.

5) Rumpff. Diss. l. c. p. 25.

auxilio rati, omistis, viri Athenienses! expeditionem; *illa enim decem navigia nihili aestimanda.* Erat autem ea ipsa occasio" *rel.*

Eversio Olynthi.

§. 30. Olynthum aggressus est Olymp. CVII, 4 a. Chr. $\frac{349}{348}$ Macedo, qui injuriarum causas suo tempore in promptu habebat. Scilicet Justino (Lib. VIII. cap. 3 [1]) quidem auctore post caedem unius duos reliquos fratres Philippi, quos iste e novercâ genitos velut participes regni interficere gestiebat, Olynthii olim recepisse dicuntur. Eorum inde socias urbes Chalcidenses aggressus est: Giram (?) [2] castellum expugnatum diruit, Mecybernam et Toronen proditione cepit, alias formidine injectâ imperata facere coëgit, omnes 32

---

§. 30. 1) Sed cf. Vogel. l. cit. p. 275.

2) Diodor. Lib. XVI. cap. 52. ibiq. Wess. Pro *Γειραν* Var. *Ζειρᾶν*. Fortasse legendum *Στάγειρα* vel *Στάγειρον*. Stagirum enim eo tempore diruit Philippus, postea Aristotele Stagirita supplicante restituit Alexander. Aelian. V. H. Lib. III. cap. 17. ibiq. Intrr. cf. Neumanni Prolegg. ad Aristot. Reliqq. p. 12. — De proximis vid. Diodor. l. cit. cap. 53.

foederi Olynthio addictas [3] anno nondum praeterito vi et magis proditione expugnavit, expugnatas ita funditus delevit, ut ne vestigium quidem inveniretur [4] vel nomina evanescerent. Necdum Olynthiis suo more [5] bellum indixit; qui quum de injuriis querebantur, nescio qua arte eas iste tanquam iratus per legatos excusabat. Olymp. CVII, 4 a. Chr. $\frac{349}{348}$. Idem Olynthiis quum quadraginta ab urbe stadiis sive 0,9987 mill. geogr. sive duabus horis abesset, edixit: *alterutrum fieri oportere aut Olyntho illis excedendum aut sibi Macedonid* [6]. Interea illi ad Athenienses legatos auxilium promissum [7] petituros mittunt, quibus Demosthenes suffragatur, refragatur Demades a Philippo corruptus,

---

3) Cf. supra §. 4. n. 10 sqq.

4) Demosth. Phil. III. p. 117. §. 26. Idem fals. leg. p. 426. §. 266. Mounten. ad Ulpian. Phil. I. init. p. 114. ed. 18mae. — Strabo Lib. II. p. 121. B. — Wessel. ad Diodor. Lib. XVI. cap. 52. — Raoul-Rochette l. cit. Vol. III. p. 199 sq.

5) Vid. Valcken. Orat. de Phil. p. 250 sqq. — Vid. supra §. 16. n. 6.

6) Demosth. Phil. III. p. 113. §. 11.

7) Cf. supra §. 22. n. 2.

et inertiâ Atheniensium atque, quum priorum inimicitiarum meminissent, odio in Olynthios adjutus. Vicit Demosthenes. Athenienses enim, teste Philochoro [8], sub Callimacho Pergasaeo Archonte i. e. Olymp. CVII, 4. a. Chr. $\frac{349}{348}$ cum illis societatem inierunt et auxilio miserunt cetratos bis mille ac triremes triginta, quas etiam compleverunt militibus, Charete duce. Qui quidem aliquid perfecisse et sibi et multitudini videbatur [9]. Sed eodem anno et paullo post Chalcidensibus in Thraciâ oppressis missisque Athenas legatis iterum a Demosthene excitati miserunt Athenienses Charidemum Oritam Hellesponti ducem, qui octodecim triremes et cetratorum quatuor millia, equites autem centum et quinquaginta ducens venit in Pallenen et Bottiaeam Olynthiis auxilio. At regionem diripuit Charidemus et Theopompo

8) Rerum Atticar. Lib. VI. Fragm. ap. Dionys. Hal. Epist. ad Ammaeum cap. IX sq. Vol. VI. p. 734 sq. ed. R. ibiq. Siebel. p. 73 sq. Cf. Suidas s. v. *Δημάδης* Vol. I. p. 537 sq.

9) *Τί κατορθοῦν ἔδοξαν.* Liban. Argum. in Demosth. Olynth. III. init.

auctore ap. Athen. Lib. X. p. 436. c. quotidianae vitae rationem palam ita lascivam luxuriosamque instituit, ut assidue potaret atque esset temulentus et ingenuis mulieribus vim inferre conaretur. Denique eo usque progressus est intemperantiae, ut a senatu Olynthiorum adolescentulum aliquem poscere auderet formosum venustumque, qui cum Derda Macedone captivus erat factus. Mox tertiùm missis Olyntho legatis, qui rogarent, ne ipsos oppugnatos negligerent, sed praeter copias missas aliud auxilium mitterent, non peregrinum, sed civilem exercitum. Tertiâ oratione perfecit Demosthenes, ut iis populus miserit alias triremes septendecim, e civibus gravis armaturae pedites bis mille equitesque trecentos hippaginibus impositos; at eodem illo Charete duce. Frustra. Namque qui olim, quum nondum tantâ, quantâ tunc, valerent potentiâ, a Lacedaemoniis terrâ marique dominis bello petiti magnis et terrestribus et navalibus copiis restiterant, qui tantis oppugnati copiis neque urbem suam neque ullum castellum amiserant, sed et proelia multa vicerant et aequâ pace cum

Lacedaemoniis societatem inierant, ii quamvis fortiter et strenue resistentes proditione perierunt. Quanquam equites mille habebant et ipsi plures erant decem millibus et cum omnibus finitimis societate conjuncti, quanquam Athenienses decies mille peregrinorum et triremium quinquaginta ope eos juvabant et quater mille civium, nihil horum eos poterat servare. Projiciebantur a proditoribus agmina militum armata Philippo, nescienti quid primum occuparet[10]. In primis

10) Demosthenes fals. leg. p. 425 sq. §§. 263 sqq. In copiis numerandis discrepant Demosthenes et Philochorus, nec tamen quantum illi videntur:

PHILOCHORUS:		DEMOSTHENES:	
Cetrati . . .	2000		
	4000		
	6000		
Hoplitae	2000		
Equites	450		
Triremium 30 in singulâ	200 nautae*		
	6000		
Summa Militum	14450	Summa Militum	14000.
Triremes		Triremes	50
vacuae	35	Quibus adnumerandae esse videntur Charidemi triremes in Hellesponto	18
completae	30		
Summa Triremium	65 ξε'.	Summa Triremium	68 ξη'.

Lasthenes Hipparchus [11] et Euthycrates, summi Olynthi magistratus [12], jam antea ingenti pecuniâ corrupti patriae exitium paraverunt et sibi ipsis, qui non solum ignominiis omnibus petiti sunt (ab ipsis Macedonibus *proditores* appellabantur; quod quidem aegrius quum ferrent et quererentur apud Philippum, hic prorsus eleganter e proverbio: „Rudes“ inquit „et agrestes homines sunt Macedones, qui scapham scapham vocando rem suo nomine designant“ [13]), sed etiam miserrime perierunt [14].

Suidas s. v. *Κάραvος* prodit naves μ i. e. 40. Vid. etiam Rauchenstein. de Olynth. ordine pp. 21 et 53. et Vogel l. cit. p. 276. — * De nautis ducentenis vid. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 296. et passim. Cf. Car. Sigon. Emend. Lib. I. cap. 4 in Gruteri Lampade Vol. II. p. 150 sq.

11) Demosth. Phil. III. p. 128. §. 66.

12) Diodor. Lib. XVI. cap. 53. ibiq. Wessel. Inde fortasse quis non immerito collegerit, Duumviros reipublicae Olynthiorum praefuisse.

13) Plutarch. Apophth. Philippi p. 178. B. Frncf. ibiq. Wyttenb. p. 1068. — Valcken. Or. de Philippo p. 242.

14) Demosth. Cherson. p. 99. §. 41. Coron. p. 241. §. 48.

Pater Amyntas Olyntho principatum concesserat [15], filius Philippus (cui ipsi quidam tum dixisse fertur: „tantam urbem non condideris“ [16]), eam, ut severitatis exemplum statueretur metuque continerentur ceteri [17], delevit et cives cum reliquâ praedâ vendidit. Olymp. CVIII, 1. a. Chr. $\frac{348}{347}$ [18]. Ita qui Amphipoli occupatâ imperio Thracico potiri coeperat, Olyntho deletâ consilium suum exsecutus est. Tantâ victoriâ reportatâ Dii in Pieria ludos Olympicos magnis sumtibus, epulis, sacrificiis impensis magnâque multitudine congregatâ celebravit [19]. Partem Olynthiorum bello captorum Philocrati, qui pacis mox cum Atheniensibus ineundae auctor fuit, dono dedit [a]; alii Athenas confugisse dicuntur [20]; postea Olymp. CXVI, 1.

15) Dio Chrysostom. Orat. XXV. p. 282, l. 30. Vol. I. R.

16) Plutarch. de irâ cohibendâ p. 458. C.

17) Polyb. l. cit. pag. 150.

18) Diodor. Lib. XVI. cap. 53.

19) Demosth. fals. leg. p. 401. §. 192. Diodor. Lib. XVI. cap. 55.

a) Dem. f. leg. p. 440 §. 309. cf. ibid. p. 386 §. 145 sq.

20) Ael. Aristid. Or. I. ad Theb. de societat. Vol. I. p. 480. ed. Jebb.

a. Chr. $\frac{315}{316}$ Cassandriam a Cassandro Philippi genero in ipsis faucibus, quae Pallenensem agrum ceterae Chalcidicae jungunt, conditam cum superstitibus urbium dirutarum civibus, praecipue cum Potidaeatis tunc certe communi sorte reconciliatis traducti sunt [21].

§. 31. Interea etiam eversae urbis superstites cives literis floruerunt: *Callisthenes*, filius sororis Aristotelis, Peripateticus, qui, avunculum imitans, ut patriam ipsius urbem restitueret, Alexandrum frustra rogavit [1]. Ejus librum de rebus Alexandri in bibliothecis manu scriptum etiam nunc exstare asseveratur [2]. — *Strattis* Alexandri M. comes [3]. — *Ephippus* celeber scriptor rerum Alexandri [4]. — *Euphantes* praeceptor Antigoni I,

21) Diodor. Lib. XIX. cap. 52. Liv. Lib. XLIV. cap. 11. Miscell. Observv. Vol. X. T. III. p. 454 sqq.

§. 31. 1) Plutarch. de Stoicc. repugnantiis p. 1043. D. Vol. X. R. Cf. supra §. 30. n. 2.

2) Suidas s. v. ibiq. Küster. — Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 292. Vol. III. Harl. ibiq. citt. — Popma ad Curtium Lib. III. cap. 8. §. 19.

3) Fabric. l. cit. Vol. II. pp. 205 et 229.

4) Fabric. l. cit. Vol. II. p. 217.

regis Macedoniae [5]. De quibus scriptoribus adeundi sunt qui citantur a Beckio (Histor. univ. Vol. II. p. 2), inprimis Vossius, de Historicis graecis. — His longe antiquior scripsit de Homero *Dionysius* Olynthius [a].

Ex Epigrammate quidem Antipatri Sidonii, qui vixit Olymp. CLVIII, a. Chr. 146 [6], in Diodorum Calligenis filium Olynthium, qui multa et remotissima et periculosissima maria emensus in portu periit [7], Reiskius, Larcherus et fortasse alii [8] Olynthum e ruinis resurrexisse putaverunt; sed ratione fallaci,

---

5) Fabric. l. cit. Vol. I. p. 678. et Vol. II. p. 822.

a) Fabric. Bibl. gr. Lib. I. cap. I. §. 3. Vol. I. p. 254. extr. Adde Meurs. ad Hellad. Chrestom. p. 39. extr.

6) Larcher ad Herod. Lib. VII. cap. 122. Vol. V. p. 345. — Jacobs. Catalog. Epigr. s. v. et qui alii citati sunt supra §. 7. not. 5.

7) Vid. Brunckii Anal. Vol. II. p. 33. No. 97 ibiq. Jacobs Vol. VIII. p. 92. Ejusd. Anthol. Palat. Vol. I. p. 496. Idem in Delectu Epigr. Graecc. cap. XI. No. 60. p. 451.

8) Etiam Lucchesinius (ad Demosth. p. 300 not. 2) novae Olyntho aliquam postea auctoritatem recuperatam esse probare sibi videtur e Cicerone (Verr. Lib. I. cap. 21. §. 56): „Olynthum (P. Servilius) vi, copiis,

vetustioris enim poëtae carmen ut plurimis aliis, sic hôc quoque Epigrammate expressisse videtur Antipater. Namque posteriores, qui suae aetatis geographiam tractant, ut Ptolemaeus, Antoninus, scriptores Byzantini nullam ejus urbis porro faciunt mentionem, ex quo plane eam intercidisse apparet [9]. Taceo, quod nuper Passowius (Prolus. vernal. 1827. p. 8) Sidonii Antipatri nomine quae circumferantur epigrammata, ad Thessalonicensem, qui Augusti aetate vixit, referenda esse jubet.

§. 32. Quam vero trium Olynthiacarum orationum primam, quam secundam et tertiam habuerit Demosthenes, de hac re mira quaedam est virorum doctorum discrepantia: alteri Dionysii Halicarnassensis sequuntur auctoritatem tradentis, secundam esse primam, tertiam secundam, et primam esse postponendam; quae opinio ipsis orationibus

---

consilio, virtute cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam.“ Sed legendum Olympum. Vid. intrr.

9) Tzschucke ad Melam. Lib. II. cap. 2. §. 9. Vol. III. P. II. p. 141.

firmari videtur. Pro hac parte pugnantem vide inprimis Rauchensteinii Dissertationem: De Orationum Olynthiarum ordine. Lips. 1821, repetitam in Schaeferi Edit. Appar. Dem. T. I. p. 135 sqq. sqq., et quae nos proposuimus in Annalibus Heidelb. 1822. N. 75. Cf. Taylori Prolegomena in Dem. ex ejusdem schedis in Reiskii Oratt. Gr. Vol. VIII. p. 717 sqq. — Pro alterâ parte stat inprimis Alb. Gerh. Beckerus (in Demosth. Vers. vernac. nov. edit. p. 103 sqq. sqq.), qui Vir Doctissimus sequitur Libanii ceterorumque Grammaticorum et vero codicum auctoritatem, a qua nec ipsi in hac editione recessimus. Pessime Harlesius (ad Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 827 Nro. 5) Olynthiacam I^mam sive omnium Philippicarum 4^tam cum ea confudit, quae nunc nominatur Philippica IV^ta.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΙ.

Habitae sunt Olymp. CVII, 4, Callimacho Archonte, in Comitiis hae tres conciones generis deliberativi.

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

§. 1. Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης [1]. Ἑλληνικὸν δὲ τῶν ταύτῃ ἐνοικούντων τὸ γένος ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ [2]. ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος [3]. || Πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὀλύνθου. Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν, ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις [4]· χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν [a]. ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν [5]. Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ

a) Vulg. ὑπερεῖχεν.

πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ' ἀρχὰς [6], καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα [7] παρὰ τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακεδόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν. Ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν [8], οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην [9]. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους [10], κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον [11], ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον. συνετέθειντο [b 12] γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. Ὁ δὲ Φίλιππος, πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγκεν [13]

---

b) Ald. συνετέθειτο. inter eos convenerat. Auger. Cf. Schäfer. ad h. l.

Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοηθείας, οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι[14] τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων. σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων, οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, κἀκεῖ ποιεῖσθαι || τὸν πόλεμον. εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη· ἀνεῖσθαι[15] τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. Φησὶ δὲ δύσμαχον[c] εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ ὡς ὑπείληπται[d][16], θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

§. 2. Διείλεκται[1] δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν[2]. Καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι: Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων

c) Var. δυσμάχητον. quod in minore Editione recepit J. Bekkerus. Dem. dixit δοσμαχώτατον.

d) Var. Φίλιππον οὕτως ὑπείληπται.

συμπηγνυμένων ἰκρίων [3], καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον [a] σπευδόντων [4], πληγαί τε ἐγίνοντο, καί που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς [5], καὶ καταβαλόντα, θέαν ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς [6]. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο, προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους [b] μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον [7], τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς [8] οἴκοι μένοντες, διενέμοντο τὰ χρήματα. οὐκ ἔτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι

---

a) Var. τὸν τόπον. At dicunt τόπον, θέαν καταλαμβάνειν. Schaefer. Cf. Ann. ad §. 2. n. 6.

b) Vulg. εἰς τοσοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο.

καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο [9] περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα [c] εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς, καὶ ὑπερωτήσας [10] ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι || στρατιωτικά; ἐπιφέρει, μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε [11]. Τοσαῦτα [d] μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν.

§. 3. Διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς [1] δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτοὺς στρατεύεσθαι, καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥςπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν. τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναί φησι τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

---

c) Var. τε ταῦτα.

d) Var. ταῦτα.

DISPOSITIO OLYNTHIACAE I.

P r o œ m i u m.

Attentionis et benevolentiae captatio.

§. 1. Magnae pecuniae praelaturi essent Athenienses rationem, qua, quid in hoc negotio futurum sit e republica, explicetur civibus optimum facile intelligentibus; quo occulte innuit orator, suis se rationibus confidere. Gregor. Cor. in Reiskii Oratt. Graec. Vol. VIII. p. 952.

§. 2. Mitis reprehensio socordiae Atheniensium, et adhortatio ad alacritatem: Celerrime auxilia Olynthiis esse decernenda et legatos mittendos,

§. 3. ob calliditatem Philippi.

§. 4. Cui loco immiscet consolationem: quod Atheniensibus magis quam Philippo Olynthii confidant.

§. 5. Cujus rei rationem exponit. Gregor. Cor. p. 967 — 968.

Propositio.

§. 6. I. Auxilia esse mittenda. II. Pecuniam esse conferendam.

Confirmatio.

I. Auxilia esse mittenda, confirmatur:

§. 7. auditorum judicio; quod omnes jactarent: „Olynthios in odium Philippi esse concitandos" id ultro nunc evenisse. Repetit, firmam gesturos esse Olynthios in Philippum inimicitiam, in nos amicitiam.

§. 8. Prioribus socordiae incommodis narratis.

§. 9. Opportunam occasionem nunc esse amissa recuperandi.

§. 10. Eamque a Diis oblatam.

§. 11. Similitudo.

§. 12—13. Periculum Atticae imminens ostendit exemplis et naturâ Philippi.

Not. Adhibetur τὸ ἀναγκαῖον, quo etiam metum auditoribus injicit, sed animos demissos ubique recreans. Ita apud Thucydidem Corinthii, Lacedaemoniorum opem implorantes, nisi illi ipsis opitularentur, Athenienses in Peloponnesum invasuros esse fingunt. Thucyd. L. I. c. 69—71. Corcyraei auxilia ipsis ferenda, utilia esse Athenienses affirmant. Thucyd. L. I. c. 32—36. Mitylaenaei Lacedaemoniorum in commodum, quae laturi essent, auxilia fore dicunt. Thucyd. L. III. c. 9—15. Cf. etiam Acanthii Legati orationem apud Xenoph. Hell. Lib. V. cap. 2. §§. 12 sqq.

Ulpian. p. 5. Hermog. Partit. S. IX. *περὶ πραγματικῆς* p. 61 sq. Laur. Gregor. Cor. ad eund. p. 894. Cf. id. p. 937.

§. 14. Occupatio. Causam narrationis exponit.

§. 15. Reprehensio socordiae, qua omnia amisuri sint.

§. 16. Transitus. Cujus quidem damni culpam in suasores Athenienses rejicere, nec tamen se bonum consilium reticere profitetur.

§. 17. Duplicem exercitum esse mittendum.

§. 18. Dilemma eventùs.

II. Pecuniam militarem esse necessario

§. 19. aut in suum usum restituendam; occupatione capitis periculum avertitur;

§. 20. aut esse pecuniam conferendam alacriter. Alacritatem auget commemorandâ

§. 21—23. Philippi imbecillitate.

Not. Potentiam ejus quum negare non posset esse magnam, per partes procedit diminuens. Ea arte utuntur Siculi apud Thucydidem L. IV. c. 61. et Isocrates Paneg. c. 39. ed. Mor. Haec monuit Ulpian.

§. 24. Auget alacritatem, Philippi exemplo.

§. 25—26. Necessitate iterum ex eventu expositâ, quia bellum aliàs transferretur in Atticam;

§. 27. quod et tendit Philippus et poterit; hoc et damno et ignominiae foret.

Not. Syrian. ad Hermogen. p. 308: *χρήσιμον δὲ ἡ τοῦ ἀναγκαίου ἐξέτασις καὶ μάλιστα χώραν ἔχει ἐν ταῖς δυσκολίαις τῶν πραγμάτων, ὅταν ἐπὶ πόνους ἢ δαπάνας ἢ ἄλλο τι τῶν δυσχερῶν παρακαλῶμεν τοὺς ἀκούοντας. ἔνθα καὶ ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις ἀναγκαία.*

Peroratio.

§. 28. Repetit superiora per distributionem.

Λόγος πάντως πεποικιλμένος συμβουλῇ καὶ προτροπῇ, ἀεὶ τῶν διαγοιῶν διαδεχομένων ἀλλήλας. πῇ μὲν νουθετικὸς καὶ ἐπιτιμητικὸς, πῇ δὲ ὑποθετικὸς, πῇ δὲ προτρεπτικός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος. Ulpian. Tzetzes vero utilitatis solius locum esse in his Olynthiacis orationibus (Chiliad. XII. vs. 698 sqq.); recte quidem, si utile justo et legitimo opponitur. At vid. Hermogen. loc. cit. qui quidem Method. cap. 29. p. 557 sq. de hac oratione omnino haec docet: *Ἔθος δὲ Δημοσθένους ἐστὶν, ὅταν τι διοικήσηται ἑαυτῷ χρήσιμον, μὴ πρότερον ἀφίστασθαι, πρὶν ἢ ἐπισφραγίσηται.*

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α.

Ol. CVII, 4. Chr. 348.

Ἀντὶ πολλῶν ἄν[1], ὦ ἄνδρες Ἀθη- §. 1.
ναῖοι, χρημάτων[2] ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω[3], εἰ φανερὸν γένοιτο[4] τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. Ὅτε[4] τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. Οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἦκει[b] τις[5], τοῦτ' ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης[6]

Excerpsit hanc orationem Macarius Chrysocephalus in Ῥοδωνιᾷ sua. Vid. Villoison Anecdot. Vol. II. p. 10.

§. 1. a) Boissonade ad Rufum p. 73. q. cit. Schaef. et Scriptor Anonym. (Dupin) in Essais sur Demosth. p. 94 post *γένοιτο* commate interpungi volunt.

b) Var. *ἥκοι*, quod praetulit Auger. Non debuit praeferre. Demosthenes ut de re certa loquitur, haec dicens: *εἰ — ἦκει τις*. nam se ipsum intelligit. Conditio autem, ad quam refertur *ἂν λάβοιτε*, latet in

ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων[c] ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν[7] ἐπελθεῖν εἰπεῖν, ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι[8].

§ 2. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός[1], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς[a], ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων[2] αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ[b] σωτηρίας αὐτῶν[c 3] φροντίζετε. Ἡμεῖς[4] δ' οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά[d]. Ἔστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα ψηφίσασθαι μὲν ἤδη[5] τὴν βοήθειαν καὶ

participio ἀκούσαντες, quod est positum pro εἰ ἀκούσαιτε. Vid. Melet. Crit. p. 57. Schaefer. Matthiae Gr. gr. §. 524 Ann. 2, 1. p. 1015 Ed. 2dae.

c) Schol. Aristid. p. 4: Δημοσθενικὸν τὸ ἐπιχείρημα: ἀ. κ. τ. ἡμετέρας τ. ὑ. π. τ. ὀ.

§. 2. a) Schol. Aristid. p. 183: Ὡς καὶ Δημ.: ὁ μὲν οὖν π. κ. μονονουχὶ, λέγει, φ. ἀφ.

b) Εἴπερ περὶ Ulpianus. Ὑπέρ in multis dictionibus, quae aliàs usitatiores sunt cum περὶ, Demostheni inprimis familiare est. Buttm. ad. Dem. Mid. §. 11. p. 26. Schaefer.

c) Var. αὑτῶν. Quod defendebat Engelhardt in Program. Berol. 1828. p. 11 sq.

d) Schol. Aristid. p. 168: Οὕτω καὶ Δημοσθένης: ἡμεῖς οὐκ οἶδα ὅντ. τρόπον μοι δοκοῦμ. ἔχ. πρ. ταῦτα.

παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε [6] βοηθήσητε [c] καὶ μὴ πάθητε ταὐτὸν, ὅπερ καὶ πρότερον [7], πρεσβείαν δὲ πέμπειν, || ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ [8] καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν [9]. Ὡς ἔστι §. 3. μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ, πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος [a 1] πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἰκὼν, ἡνίκα ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν (ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο), τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν [2], τρέψηται [b] καὶ παρασπάσηταί [3] τι τῶν ὅλων

---

e) Ita omnes libri, defendente Bremio ad Olynth. III. p. 28. §. 1. Platon. Gorg. §. 80. p. 481 A: παρασκευαστέον, ὅπως μὴ δῷ δίκην μηδὲ ἔλθῃ παρὰ τὸν δικαστήν. Bekkerus: βοηθήσετε, quod ex regulâ de Conjunctione ὅπως nuper constitutâ recipiendum esse jubet Engelhardt loc. cit. p. 12 sqq.

§. 3. a) Vulg. ἄνθρωπος. Vid. I. Bekk. ad h. l. Rüdiger, Bremi, Schaefer ad Phil. I. p. 42, 25. §. 9. Engelhardt loc. cit. p. 16. et alii. Cfr. etiam Buttm. maj. Gr. gr. p. 119 sq.

b) Reisk. δρέψηται, a Demosthene nusquam adhibitum. Wyttenbachius (ad Plut. de rect. aud. rat. p. 43. C. p. 286 ed. Lips. cit. A. G. Beckero) voluit τρέψῃ τε. idem conjecit Wolfius, placuit Schaefero. Vulgatum Ulpianus. Quod Engelhardt quoque defendit p. 17, vertens: *ne sibi advertat.*

§. 4. πραγμάτων [4]. Οὐ μὴν ἀλλ' [1] ἐπιεικῶς [2], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὃ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ [a] βέλτιστον ὑμῖν. τὸ γὰρ εἶναι [3] πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι [4], πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο [b] ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους [5], ἐναντίως ἔχει [6].

§. 5. Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις [1], ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' [2] ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος. καὶ ἴσασιν ἃ τ' [a] Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς

---

§. 4. a) Var. ὅπερ, quod non displicet Schaefero.

b) Reisk. ποιήσηται. Vid. nunc Engelhardt l. cit. p. 17.

§. 5. a) Var. ἅττ'. Neque vero trajectum est τε post Ἀμφιπολιτῶν τε καὶ Πυδναίων, sed repetendum est Relativum: καὶ ἃ. Vid. Schaef. ad h. l. et Matth. Gr. gr. p. 1277 ed. 2dae. — De proximo πρὸς vide Engelhardt loc. cit. p. 17 sqq.

παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. καὶ ὅλως ἄπιστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις [3] ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχῶσι [4]. Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, §. 6.
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τἄλλ', ἃ προσήκει, πάντα ἐνθυμουμένους, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. Οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις [1] ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται. Νυνὶ γάρ, ὃ πάντες ἐθρυ- §. 7.
λεῖτε [a 1], ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι [2] δεῖ. || Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, καὶ ταῦθ' ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον σφαλεροὶ σύμμαχοι καὶ μέχρι του [3] ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως. ἐπειδὴ δ' ἐκ τῶν πρὸς

---

§. 38. a) Cod. Victorii (et Cod. b.) ut vulgo ἐπιστολὴ, sed a. ἐπιστολαί. „Singularem praetulit Rüdigerus me probante. Pluralis natus e τοιαύτας ἐπιστολάς perperam intellecto. Sic intellige: tales, qualis est, quae vobis recitabitur.“ Schaefer.

b) Cod. Victorii ut vulgo: τούτων οὖν.

c) Cod. Victorii margini adpicta sunt verba οὐ μὴν.

καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται [2]. δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν [3]. εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται· αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φενακίζειν ἑαυτοὺς, καὶ ἅπαντ' ἀναβαλλομένους, ὅσα ἂν ᾖ δυσχερῆ, πάντων ὑστερίζειν τῶν [d] ἔργων, καὶ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι μαθεῖν, ὅτι §. 39.
δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι [1] τῶν πραγμάτων, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ [2] τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατηγὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους, ἵν' [a] ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ, ταῦτα πράττηται, καὶ μὴ τὰ συμβάντα [b] ἀναγκάζωνται διώκειν [3].
Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείστην §. 40.
δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις,

---

d) Articulum om. Cod. Victorii.

§. 39. a) Cod. Victor. ut vulgo: τοὺς εὖ (haec vocula ab aliâ manu addita est) βουλευομένους (Cod. a. βόυλομένους) ἡγεῖσθαι χρὴ, ἵν'. Glossema ἡγεῖσθαι χρὴ ex antecedenti δεῖ — ἡγεῖσθαι ortum esse videtur. Engelhardt loc. cit. p. 38 sq.

b) Cod. Victorii, ut vulgo, συμβαίνοντα.

ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον [1], τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς δ' ἀπολείπεσθε [2]. ὥςπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν [3], οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται [4], κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ [5] εἰσιν αἱ χεῖρες, προβάλλεσθαι [6] δ' ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτ'
§. 41. οἶδεν οὔτ' ἐθέλει. Καὶ ὑμεῖς ἐὰν ἐν Χερρονήσῳ [1] πύθησθε Φίλιππον· ἐκεῖσε βοηθεῖν [II] ψηφίζεσθε. ἐὰν ἐν Πύλαις· ἐκεῖσε. ἐὰν ἄλλοθί που· συμπαραθεῖτε [2] ἄνω κάτω [a], καὶ στρατηγεῖσθε [b] μὲν ὑπ' ἐκείνου, βεβούλευσθε δ' οὐδὲν αὐτοὶ [c] συμφέρον περὶ τοῦ πολέμου, οὐδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων [d] προορᾶτε οὐδέν, πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον ἢ γιγνόμενόν τι

---

§. 41. a) Cod. Victorii, ut vulgo, ἄνω καὶ κάτω. Vide ad Olynth. II. §. 16.

b) Cod. Victorii sic: στρατηγεῖσθαι.

c) Victorius margini adscripsit: „αὐτοὶ in b. emendatum in marg.“

d) Cod. Victorii sic: περὶ τῶν χρημάτων. Cod. a. πραγμάτων.

πύθησθε. Ταῦτα δ' ἴσως πρότερον [3] μὲν ἐνῆν [c], νῦν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν, ὥστ' οὐκέτ' ἐγχωρεῖ [4]. Δοκεῖ δέ μοι §. 42.
θεῶν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως αἰσχυνόμενος, τὴν φιλοπραγμοσύνην [1] ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. εἰ γὰρ ἔχων, ἃ κατέστραπται καὶ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι· ἀπόχρῃν ἐνίοις [2] ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ [a], ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ. νῦν δ' ἐπιχειρῶν ἀεί τινι [b] καὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος, ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς, εἴπερ μὴ παντάπασιν [c] ἀπεγνώκατε [3]. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ μηδεὶς §. 43.

---

c) Cod. Victorii, ut vulgo, ἐνῆν ποιεῖν e Glossemate. Engelhardt loc. cit. p. 39.

§. 42. a) Cod. Victorii (et a.) δοκῇ, sed Cod. b.: δοκεῖ.

b) Var. τι. „Sed longe frequentior est altera constructio eademque oratori usitata. Vid. Georg. Lecapen. in Matthaei Lectt. Mosq. Tom. I. p. 62. Anecd. Bekker. p. 136, 7: Ἐπιχειρῶ· δορικῆ. deinceps citatur noster locus.“ Schaefer.

c) Cod. Victorii, ut plurimi, Pronomen reflexivum inserit παντάπασιν αὐτῶν (alii ἑαυτῶν vel αὑτῶν vel ὑμῶν αὐτῶν), illud etiam Bekkeri Anecd. I. p. 119, 1. addito

ὑμῶν μήτ' ἐνθυμεῖται μήτε ὀργίζεται[a 1], ὁρῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ[b] τοῦ τιμωρήσασθαι[2] Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς ὑπὸ[c] Φιλίππου. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεται, δῆλον, εἰ μή τις[d] κωλύσει. Εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦμεν, καὶ τριήρεις κενὰς[3], καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας[4] ἐὰν ἀποστείλητε, πάντ'
§. 44. ἔχειν οἴεσθε καλῶς; Οὐκ ἐμβησόμεθα[a 1]; Βαιρα

γενικῇ tuentur. Addendum esse Pronomen censet Engelhardt. loc. cit. p. 39. Pronomen jam diu ortum esse videtur in scholis interpretum.

§. 43. a) Cod. Victorii: λογίζεται, sed in margine: „γρ. in margine utriusque libri [scilicet a. et b.] ὀργίζεται.“ Illud multis placuit. Vid. Apparat. crit. At cf. nunc Engelhardt loc. cit. p. 39.

b) f. Bekkerus in Editione minore invitis Codd. ἀπό. At cf. Isocrat. de pace init.: περὶ τῶν νῦν παρόντων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

c) Cod. Victorii: παθεῖν αὐτοὺς [cod. a. αὐτοὶ] κακῶς ὑπό του, ut vulgo.

d) Cod. Victorii, ut vulgo: τις αὐτόν. Vid. infra §. 49. et Dem. f. leg. p. 444. §. 322.

§. 44. a) Cod. Victorii sic: ἐκβησόμεθα. Et in margine: „sp. Herm. ἐμβησόμεθα.“ Vid. Hermogen. p. 298, cit. in Comment. ad h. l.

οὐκ ἔξιμεν αὐτοὶ μέρει γέ τινι στρατιωτῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσούμεθα [2]; Ποῖ οὖν [b 3] προσορμιούμεθα [4]; ἤρετό [5] τις. εὑρήσει τὰ σαθρὰ [6], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐκείνου πραγμάτων [c] αὐτὸς ὁ πόλεμος, ἂν ἐπιχειρῶμεν. ἂν μέντοι καθώμεθα [d 7] οἴκοι, λοιδορουμένων ἀκούοντες καὶ αἰτιωμένων ἀλλήλους τῶν λεγόντων [8]· οὐδέποτ' οὐδὲν ἡμῖν οὐ μὴ γένηται [9] τῶν δεόντων. Ὅποι μὲν γὰρ ἂν, οἶ- §. 45.
μαι, μέρος τι [a] τῆς πόλεως συναποσταλῇ, κἂν μὴ πᾶσα παρῇ· καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς καὶ τὸ τῆς τύχης ἡμῖν συναγωνίζεται. ὅποι δ' ἂν στρατηγὸν καὶ ψήφισμα κενὸν καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας [1] ἐκπέμψητε [b]· οὐδὲν ὑμῖν τῶν δεόντων γίγνεται, ἀλλ' οἱ μὲν

b) Cod. Victorii, ut vulgo: δὴ pro οὖν.

c) In Cod. Victorii ex vulgari ordine, sed numero adposito sic: τῶν ἐκείνου πραγμάτων ὦ ἀ. ἀθ. (4 5 6 1 2 3).

d) Cod. Victorii καθήμεθα, in margine: καθώμεθα.

§. 45. a) In Cod. Victorii sic: τι (b. ++ ῆ).

b) Cod. Victorii: ἐκπέμψοιτε.

ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστό-
§. 46. λους [2]. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα [1] ἂν [a] δυνηθῆναί ποτε ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι πάνθ' [b], ὅσα βούλεσθε. ὑποσχέσθαι [2] μέντοι καὶ φῆσαι καὶ τὸν δεῖνα αἰτιάσασθαι [3] καὶ τὸν δεῖνα ἔστι. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν. ὅταν γὰρ ἡγῆται [c] μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων [4] ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖνος ἐκεῖ πράξῃ πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδ' ὧσιν [d], ὑμεῖς δ' ἐξ ὧν ἂν ἀκούσητε ὅ,τι ἂν τύχητε ψηφίζησθε [e]· τί καὶ [5] χρὴ προσδοκᾶν;

---

§. 46. a) Cod. Victorii et b., ut vulgo: ἄνδρα ἄν, in a.: αὖ. Ejecit particulam I. Bekkerus, defenderunt Schaeferus ad h. l. et Engelhardt l. cit. p. 40.

b) Cod. Victorii cum aliis ἅπανθ'.

c) Cod. Victorii et Cod. a.: ἡττῆται, sed in b.: ἡγῆται. Illud explicant: *qui in potestate mercenariorum est*. Alii Genitivum pendere volunt a στρατηγός. At huic explicationi adversantur inferiora §. 47. Forma etiam dubia est. Vid. Engelhardt loc. cit. p. 40.

d) Cod. Victorii: ῥαδίως, ἐνθένδε ὦσιν; sed in margine Victorius: puto ῥαδίως ἐνθάδε ὦσιν.

e) Cod. Victorii: τύχῃ (deleto jota subscripto), ῥαδίως ψηφίζεσθε, b. a. ψηφίζησθε. Vulgo additur

Πῶς οὖν ταῦτα παύσεται; ὅταν ὑμεῖς, §. 47.
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδείξητε στρατιώτας καὶ μάρτυρας τῶν στρατηγουμένων καὶ δικαστὰς οἴκαδ' ἐλθόντας τῶν εὐθυνῶν, ὥστε μὴ ἀκούειν μόνον ὑμᾶς τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ παρόντας ὁρᾶν[a] [1]. *νῦν δ' εἰς τοῦθ' ἥκει τὰ πράγματα αἰσχύνης, ὥστε τῶν στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδὲ ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι περὶ θανάτου τολμᾷ, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνδραποδιστῶν καὶ λωποδυτῶν θάνατον μᾶλλον αἱροῦνται* || *τοῦ προσήκοντος* [2]. *κακούργου μὲν γάρ ἐστι κριθέντ' ἀποθανεῖν, στρατηγοῦ δὲ μαχόμενον τοῖς πολεμίοις. Ὑμῶν δ' οἱ* §. 48.
μὲν περιιόντες [1] *μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν Θηβαίων κατάλυσιν* [2] *καὶ τὰς πολιτείας διασπᾶν, οἱ δ', ὡς πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα* [3],

---

ῥᾳδίως molestum, quod proxime praecesserat, et *τύχῃ* pro *τύχητε* (personali. Rhod. Libert. p. 195, §. 16), quod I. Bekkerus recepit e Cod. *Σ*. Cf. Engelhardt loc. cit. p. 40.

§. 47. a) Cod. Victorii: *ὁρᾶν del.*

οἱ δ', ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις τειχίζειν [4], οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἕκαστος [5] πε-
§. 49. ριερχόμεθα. Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν [1] τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν [2] ἐν τῇ γνώμῃ τήν τ' ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων ὁρῶντα καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐπῃρμένον, οὐ μέντοι γε [3] μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν, ὥστε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι, τί μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος. ἀνοητότατοι
§. 50. γάρ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες. Ἀλλ' ἐὰν ἀφέντες ταῦτ' ἐκεῖνο εἰδῶμεν, ὅτι ἐχθρὸς ἄνθρωπος [a] καὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς ἀποστερεῖ καὶ χρόνον πολὺν ὕβρικε καὶ ἅπανθ', ὅσα πώποτ' ἠλπίσαμέν τινα [1] πράξειν ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν εὕρηται [2] καὶ τὰ λοιπὰ ἐν αὐτοῖς ἡμῖν [b] ἐστι, κἂν [3] μὴ νῦν ἐθέλωμεν ἐκεῖ πολεμεῖν αὐτῷ, ἐνθάδ' ἴσως ἀναγκασθησόμεθα τοῦτο ποιεῖν [4], ἂν ταῦτα εἰδῶμεν· καὶ

---

§. 50. a) Cod. Victorii, ut reliqui: ἄνθρωπος. Vid. ad Olynth. I. p. 10. §. 3. n. 1.

b) Cod. Victorii, ut vulgo: ἡμῖν αὐτοῖς.

τὰ δέοντα ἐσόμεθα ἐγνωκότες καὶ λόγων ματαίων ἀπηλλαγμένοι. οὐ γὰρ ἄττα [5] ποτ' ἔσται δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ὅτι φαῦλ', ἂν [c] μὴ προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν καὶ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλητ', εὖ εἰδέναι.

Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' ἄλλοτε πώποτε [1] §. 51. πρὸς χάριν εἰλόμην λέγειν, ὅ,τι ἂν μὴ καὶ συνοίσειν ὑμῖν πεπεισμένος ὦ, νῦν τε, ἃ γιγνώσκω, πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος [2], πεπαῤῥησίασμαι. ἐβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ || ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὰ [a] βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον [3] καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι. πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶπον. νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ, συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε, ταῦτα πεπεῖσθαι λέγειν αἱροῦμαι [4]. Νικῴη δ' ὅ,τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν [5].

c) Cod. Victorii plene, ut solet: φαῦλα ἐὰν. Hujus loci ἄττα (sic) respici videtur in Bachmanni Anecdotis Vol. I. p. 161.

§. 51. a) Cod. Victorii, ut vulgo: τὸ τά, quod praefert Engelhardt loc. cit. p. 40.

PROLEGOMENA

AD

ORATIONEM DE PACE.

§. 1. Olyntho subactâ Olymp. CVIII, 1. a. Chr. $\frac{348}{347}$ Philippus alia majoraque spectans (Jacobs Introd. in Demosth. Orat. de pace p. 301 sq. et pag. 303. annot.) reliquam Thraciam sive Chersonesum, quam Cersobleptes cum Atheniensibus et foedere et civitate conjunctus regnabat, totamque Graeciam sibi subjiciendi ideoque Phocense bellum finiendi consilium cepit perniciosum, cui quidem resistebant Athenienses, sed iidem decenni bello fatigati rebusque Phocensibus occupati pacem cupiebant. Erat, Demosthene narrante (Coron. p. 231. §. 18 sq.), Graeciae conditio tum temporis haec: Phocensi bello conflato Athenienses ita erant animati, ut Phocenses vellent esse incolumes, Thebanis autem superbis quidquid accidisset mali,

gauderent. Deinde tota Peloponnesus in factiones erat divisa; neque enim inimici Lacedaemoniorum tantum valebant, ut eos everterent; neque qui prius illorum auctoritate imperaverant, urbibus moderabantur. Erat quaedam implicita et apud hos et apud alios universos lis et perturbatio. Quae quum videret Philippus (neque enim obscura erant), largitionibus faciendis in singularum urbium proditores, omnes commisit et inter se concitavit. Postea dum alii errant et desipiunt, ipse se instruit et in perniciem omnium crescit. Ut autem afflictos belli diuturnitate Thebanos perspicuum erat omnibus coactum iri, ut ad Athenienses confugerent; Philippus, ne id fieret, neve civitates hae conjungerentur, et Thebanis auxilium pollicetur et Atheniensibus pacem obtulit. Ea igitur utrimque parabatur [1].

---

§. 1. [1]) Temporis autem ratio in hujus pacis actione narrandâ oratoribus adversariis pro suâ cujusque parte res gestas contrahentibus, distrahentibus, invertentibus (Vogel vit. Phil. p. 277 sqq.) vehementer turbata est, in quam ordinandam cnixe seduloque et operam et studium et sagacitatem impenderunt *Vinc. Contarenus* (Variae Lectt. cap. XVII. p. 87—96, repetitae

§. 2. Pacem nihil sibi nisi cum Phocensium excidio profuturam Philippus intellexit. Quod consilium aut abjiciendum aut dolo exsequendum erat; Phocenses enim si in pacis societatem recipiebantur, Thessalos et Thebanos offendebat, quorum his se totam Boeotiam, cujus partem tenebant Phocenses, subjecturum, illis inter Amphictyones locum

---

in Harlesii Edit. Dem. de Coron. p. 516 sqq.), *Corsinius* (Fasti Att. Vol. I. p. 131 sqq. Vol. II. p. 335. Cf. Vol. IV. p. 32. et sibi idem male constans Vol. I. p. 136 sq. p. 351.), *Taylorus* (ad Dem. Cor. Vol. II. p. 672 sqq. ad p. 235. R. §. 29.), *Weiskius* (de hyperb. III. p. 18 sqq.), Car. Sigonius, Scaliger, Petavius, Dodwellus, alii ab illis citati, nec nihil quaerendum reliquerunt. De hoc loco vid. A. G. Beckeri Demosthenes ut Orator. Vol. I. p. 53—68. Vogelii Vit. Phil. p. 102—154 et p. 277—288. Quid vero Clintonis Fasti Hellenici, quorum versionem a C. W. Krügero doctissimo promissam vehementer desideramus, hac de re doceant, ignoramus. Sed inscius ego quum haec primum ederem, oblitus sum Dissertationis *Goelleri* copiosissimae, in quâ insunt in Demosthenis orationes de Republicâ habitas Prolegomena, sive Chronologia Pacis Philocrateae resque post hanc gestae usque ad bellum Amphissense Olymp. CVIII, 2 — Olymp. CX, 1. Prolus. Coloniensis 1823. Quam ipse ille Doctissimus ingrato mihi pro humanitate suâ largitus erat, ego omnino neglexeram. Eo gratiori nunc animo, quae inde profecero, his Prolegomenis inseram.

cum suffragio promiserat, unde a Phocensibus dejecti erant. Pacis beneficio cum Phocensibus non communicato Athenienses sibi aditum per Thermopylas non concessuros praevidebat; vi autem perrumpere non licebat. Olim enim ne Onomarcho quidem victo id assequi potuerat, ab Atheniensibus repressus, tunc etiam aucta erat difficultas, dum et Thessali difficiles erant et Thebani bello succumbebant. Astute igitur agendum erat. Göller l. cit. p. 4. e Dem. f. leg. p. 443. §. 317 sq.

§. 3. Olymp. CVIII, 1. a. Chr. $\frac{348}{347}$. Olyntho igitur eversâ Philippus ingenti gaudio affectus Dii Pieriae oppido Olympicos ludos, quos Archelaus olim instituerat, magnificentissime apparavit, et convocandâ undique cujusque artis peritorum, poëtarum, histrionum, nobilium, amicorum multitudine per novem dies munificus celebravit. Vide Prolegom. in Phil. I. §. 30. n. 27. Athenienses eo ipso tempore legatis Phocensium, qui Athenas venerant, auxilia petentibus decreverunt, 50 triremes expediendas Proxeno duce, qui Alponum, Thronium et Nicaeam, quae oppida transitu

Thermopylarum potiebantur, a Phocensibus tradenda contra Philippum obtineret, atque exeundum esse in aciem iis, qui infra trigesimum aetatis annum essent (Aeschin. f. leg. p. 300 sq. §. 130 sq. cf. ibid. p. 321. §. 37), et miserunt per totam Graeciam legatos, qui omnes civitates in Philippum concitarent (Demosth. et Aechin. de f. leg. passim. Diodor. Lib. XVI, cap. 54. ad Olymp. CVIII, 1.). Philippus autem latronibus Macedoniam vexantibus emporiaque claudentibus (Dem. f. leg. p. 442. §. 315) et Athenienses diuturno bello defatigati quum ad pacem quidem faciendam inclinarent, sed utrique eam petere turpe ducerent: Aristodemus Demosthenis praeceptor (Libanii vita Dem. §. 3. n. 7), et Neoptolemus (Dem. de pace p. 58. §. 6 sq.) Athenienses tragoediarum poëtae, quibus propter artem quocunque atque etiam ad hostes impune ire licebat, in Macedoniam profecti sunt. Namque Iatroclem et Eucratum Athenienses cum multis aliis civibus suis Olynthi a Philippo captos, propinquis in concione supplicantibus et Philocrate Demostheneque suffragantibus, redimendos curavit civitas et Aristodemum ob

notitiam et artis gratiam legatum ad Philippum misit. Aeschin. f. leg. p. 200. §. 15. Dem. Cor. p. 232. §. 21. Erat enim Aristodemus Philippi amicus. Dem. f. leg. p. 400. §. 189. p. 412. §. 229 sq. Neoptolemus autem [1] a Philippo corruptus, hâc specie in Macedoniam profectus erat, ut coacto aere alieno, quod sibi illic deberi dicebat, Athenas reversus, Liturgiam sive publicum munus obiret. A Demosthene propterea accusatus, iniquum esse, ait, quenquam ideo, quod opes, quas in Macedoniâ haberet, Athenas inveheret, accusari (Dem. de pace p. 58. §. 6 sq.). Illic histriones artem scenicam ostentantes adeo humaniter Philippus accepit, ut praeter pecunias alia quoque de suo eis largiretur, et, quum fore sentiret ut ad ipsum legatos mitterent Phocenses, Thessali et Thebani, decipere Athenienses instituit, eamque occasionem nactus, Aristodemo et Neoptolemo Athenas discedentibus se amicum esse Atheniensium dixit. Eundem nuncium Euboeenses

§. 3. [1]) De quo vide ad Liban. Vitam Demosth. p. 3. §. 3. n. 7. ibiq. citt. inprimis Diodor. Lib. XVI. cap. 92. et Tourreil. ad Dem. de pace n. 3.

legati, quum de pace cum populo faciendâ egissent, pertulerunt, jussi a Philippo Atheniensibus nunciari: ipsum cum iis transigere velle. Jam paulo post contigit aut potius callide effectum esse videtur, ut tale quiddam accideret: Phryno Rhamnusius Athenis Dium (?) profectus, ut Olympicum sive certamen iniret sive spectaculo interesset, quo festo tempore induciae indicebantur (Barthel. Anach. Vol. III. cap. 38. p. 485. Ed. Par. Bremi ad Aeschin. f. leg. 4. Vol. I. p. 143 sq.), captus erat a quibusdam Philippi militibus in festis diebus et spoliatus omni pecuniâ. Is quum redemtus Athenas rediisset, precatus est Athenienses, ut ipse legato publico comes adjungeretur, quocum profectus ad Philippum reciperet fortasse ea, quibus esset spoliatus. Assensi Athenienses, Ctesiphontem legatum delegerunt, ut animum Philippi perscrutaretur. Quos in Macedoniam profectos Philippus liberaliter tractavit, neque solum erepta reddidit, sed et alia de suo est largitus, injuriam factam esse excusans militum negligentiâ, quod id tempus fuisse festum ignorassent, itemque adjiciens se invitum bellum

gerere cum Atheniensibus. Ii in Atticam reversi, eadem, quae alteri nunciarunt, humanitatem regiam magnopere praedicabant. Aeschin. f. leg. p. 196 sq. §. 12 sqq. Anonymi Argument. in Demosth. f. leg. init. p. 334 sq. His auditis Philocrates subscribente Demosthene Psephisma rogavit: „Ut liceret Philippo, caduceatorem Athenas et legatos mittere de pace et societate.“ Qua rogatione a Lycino violatarum legum est accusata, sed patrocinante Demosthene Philocrates absolutus est. Sed annus praeterijt. Aeschin. loc. cit. p. 198. §. 13 sq. in Ctes. p. 450. §. 62 et passim.

§. 4. Themistocle Archonte Olymp. CVIII, 2. a. Chr. $\frac{347}{346}$ venit in Senatum Quingentorumvirorum Demosthenes. Aristodemus autem propter occupationes quasdam ad senatum nondum accesserat, ut Iatrocles eum anteverteret, profectus ex Macedoniâ, ubi ex bello Olynthiaco captivus fuerat et sine pretio dimissus a Philippo. Tum multi indignati sunt, quod Aristodemus mandata non renunciasset, quum eadem de Philippo ab Iatrocle referri audirent. Postremo Aristodemus arcersitus Philippi in Athenas benivolentiam

laudavit et eum cum civitate societatem inire velle adjecit. Quae non solum in Senatu, sed etiam in Comitiis affirmavit, assentientibus Neoptolemo et Ctesiphonte (Dem. f. leg. p. 344. §. 12. cf. p. 442. §. 315). His apud populum dictis pertulit aliud Psephisma Philocrates, tetris postea ab eodem Demosthene toties confossus contumeliis propter hoc ipsum Psephisma, quo ille jussit decem legatos deligendos, qui profecti ad Philippum peterent, ut legatos Athenas mitteret pro summâ auctoritate de pace acturos et societatem jurejurando firmaturos. Creati sunt legati hi: *Ctesiphon*, *Aristodemus*, *Iatrocles*, *Cimon*, *Nausicles*, *Dercylus*, *Phryno*, *Philocrates*, *Aeschines* et *Demosthenes* [1], in Macedoniam mittendi, ut cum Philippo de rebus agerent, et cognoscerent, verene ad pacem inclinaret animus Philippi; quod si verum esset, ut secum adducerent Philippi legatos, qui jusjurandum darent et reciperent. Aeschin. f. leg. loc. cit. Anonym. Argum. loc. cit.

§. 4. [1]) Legatorum horum nobilitatem commemoravit Olivierus Vit. Phil. Vol. II. p. 52. n. 1. cf. p. 63. Valcken. Orat. Phil. p. 274 sq.

Praemissus est praeco ad impetrandam fidem publicam; sed ejus adventum Athenis non exspectantes legati, quam primum Oreum Euboeae profecti sunt, et quamquam Alus [2], quae Thessaliae civitas Pharsaliis Philippi amicis infesta et Atheniensibus amica erat (Ulpian. pag. 86. Bas. p. 356. Francf. ad Dem. f. leg. p. 352. §. 36.), a Parmenione obsidebatur, tamen in hoc oppidum sine morâ trajecerunt, indeque ad Parmenionem egressi, per hostilem exercitum Pagasas abierunt, et progressi praeconi Larissae occurrerunt. Tanto studio et alacritate tum profecti sunt. Qui, quum non eundum esset, ante praeconis reditum festinaverant, iidem, quum pro Atheniensibus festinandum esset, pro Philippo Pellae desederunt. Demosthenes interea captivos

---

2) Ἅλος leni spiritu, non Ἅλος scribendum. Vid. Steph. Byz. s. v. Ἅλος ibiq. Pined. Harpocr. s. v. Ἁλέας. Valck. ad Herodot. Lib. VII. cap. 173. cf. Schaefer. ad Dem. f. leg. p. 352. lin. 17. Codices mscr. et libri sibi non constant in hâc scripturâ. I. Bekkerus ubique scripsit Ἁλεῖς (ut Dem. f. leg. §§. 36. 39. 159. 174), sed modo Ἅλος (f. leg. §§. 163. 334), modo Ἅλος (ad Phil. Epist. §. 1.). Cf. quoque Mannert. loc. cit. Vol. VII. p. 603 sq.

conquisivit et servavit. Namque nonnulli captivorum, qui Philippo vades dederant, postea se dimissum iri diffidentes, dixerunt se velle semet ipsos redimere neque illud beneficium acceptum Philippo relaturos, et mutuo sumserunt, alius tres minas (72 Thal. sive 130 Flor.), alius quinque (120 Thal. sive 217 Flor.), alius aliter, ut cuique conditiones erant propositae. Iis Demosthenes de suo pecuniam insumsit; et Philippum Pellam demum reversum rogavit, ut hospitalium donorum vice, quae more antiquo legatis offerebat, illos in libertatem redderet. Postquam autem pollicitus est Philippus, se ceteros redditurum esse, Demosthenes convocatis iis, quibus mutuam pecuniam dederat, ne festinationem se redimendi accusarent neve tenuiores suis sumtibus essent redemti, redemtionis pretium dono dedit. Alii vero retenti sunt, quibus se ille redemtionis pretium allaturum esse promiserat. Dem. f. leg. p. 392 sqq. §. 163 sqq.

§. 5. Nihil certi inter regem et legatos pactum est, nisi forte ut Amphipolim Philippus retineret, ut Atheniensium socii (socii Athenis cummaxime intelligebantur Phocenses

et Cersobleptes) et socii Philippi eâdem pace et foedere fruerentur, ut, qui Graeci foedere non continerentur, liberi essent suisque legibus viverent. Pseudo-Demosth. Halon. p. 82 sq. §. 23 sqq. Legatis domum profectis, perfidus ille in Cersobleptis regnum celeriter invasit, idemque eodem tempore Athenas misit legatos suos acturos de pace. Regredientes enim decem Athenienses legatos, quibus literas quoque pacis constituendae causa mandaverat (Dem. f. leg. p. 443. §. 316. Aeschin. f. leg. p. 227. §. 45. ibid. p. 231. §. 50. cit. Göller.), comitatus est Philippi praeco, secuti sunt, ut jusjurandum darent, legati: Antipater, Parmenio et Eurylochus, qui viri et eloquentiâ et prudentiâ excellentes (Olivier. Vita Phil. Vol. II. p. 66 sqq.) hospitio excepti sunt a Demosthene (Aeschin. f. leg. p. 282. §. 111). Dum convocabantur socii Atheniensium ad jusjurandum dandum, mora intercedebat Philippo utilissima Cersobleptem interea sibi subjecturo. Aeschin. f. leg. et Anonym. locc. citt.

§. 6. Jam Demosthenes, qui pacem quidem volebat (Aeschin. in Ctes. p. 452. §. 63

et passim), neque vero qualemcunque (Dem. de pace p. 60. §. 13. cf. Aeschin. in Ctes. p. 459 sq. §. 69. et Demosth. f. leg. p. 345. §. 13 sq.), et ingenium Philippi intelligebat, jussit celeriter esse jusjurandum accipiendum, etiam non praesente Cersoblepte (Anonym. Argum. loc. cit.); „nobis enim, inquit, in Thraciam abeuntibus dabit jusjurandum Cersobleptes.“ Quare legatis Philippi nondum praesentibus, qui mox tamen venerunt, Psephisma rogavit, ut in VIII^{um} diem Elaphebolionis sive IX^{um} Martii (346), quo Aesculapio res divina fiebat neque unquam antea concio habita erat (Schoemann. de Comitt. Athen. p. 49 sqq.), a Prytanibus populus convocaretur ad deliberandum de alterâ legatione ad Philippum mittendâ, de pace atque societate, et legati Philippi in concionem admitterentur urbanisque sive magnis Dionysiis (ad Phil. I. p. 50. §. 35. n. 1) proxime et ante diem XVIII ejusdem mensis celebrandis in theatrum honoris causa adducerentur. Aeschin. in Ctes. p. 455—458. §. 65—68. Id. f. leg. p. 234 et p. 241. §. 53 sq. §. 61. Dem. Coron. p. 234. §. 28. Itaque conciones Demosthene auctore XVIII^{mo} et XIX^{mo}

Elaphebolionis sive XIX^mo^ et XX^mo^ Martii habitae sunt. Quorum priore die [1] Proxeni literae redditae sunt, quibus significabatur, Phalaecum Phaylli filium (Pausan. Lib. X. cap. 2. §. extr. At cf. Diodor. Lib. XVI. cap. 36. init.), Phocensium imperatorem arces prope Thermopylas sitas adeo non tradidisse, ut legatos, qui se illas Atheniensibus traditurus esse promiserant, in vincula conjecerit, et Lacedaemoniorum etiam auxilio diffisum esse, confisum Philippo. Aeschin. f. leg. p. 300.

---

§. 6. [1]) *Ἀνταῦθα* (quum Phocenses non tradidissent arces) *οὔπω διελέλυσθε Φιλίππῳ, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ περί τε τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθε καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἠκούετε τῆς Προξένου, ὅτι Φωκεῖς οὐ παραδεδώκασιν αὐτῷ τὰ χωρία, καὶ οἱ τὰ μυστήρια ἀπαγγέλλοντες μόνους τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπέφηναν Φωκέας οὐ δεδεγμένους τὰς σπονδάς.* Aeschin. f. leg. p. 303. §. 134. Ex hoc loco Göllerus p. 5 Boëdromione rogationem Philocrateam de X legatis ad Philippum mittendis factam esse concludit, quia eo mense mysteria Eleusinia, quorum causa induciae offerebantur, constat celebrata esse. At scilicet alio tempore oblatae erant induciae, ante Boëdromionem; alio arces non traditae; alio recitatae Philoxeni literae in eâdem concione, quâ deliberabatur de pace, sive XVIII Elaphebolionis. Nihil autem hoc loco de Philocratea rogatione, quâ X legatos eligendos esse jubebatur.

§. 130 sq. Eâdem concione recitabatur Decretum sociorum de pace, quod servavit Aeschines Or. c. Ctes. p. 453. §. 69 sqq. Hujus diei concione pax cum legatis Philippi sancita est, hôc postea prudenter addito: „licere cuivis Graecorum intra tres menses in eandem pilam cum Atheniensibus adscribi et participem esse jurisjurandi ac foederis," quo Graecorum legationes justum tempus haberent, et benivolentia urbi conciliaretur, neve, si pactum violaretur, solis atque imparatis Atheniensibus bellum esset gerendum. Ac populus recessit, tali quâdam opinione conceptâ, futuram quidem esse pacem, neque autem expedire, eâdem in concione ut simul de societate cum Philippo ineundâ deliberaretur, quia modo (Olymp. CVIII, 1.) concitaverat reliquos Graecos contra Philippum, necdum omnes legati inde regressi erant. Concio intercedente nocte dimissa est. Postridie eodem auctore iterum conveniunt. Ibi Demosthenes suggestu occupato: „nullam, inquit, oratio„num hic heri habitarum esse utilitatem, nisi „si omnibus pactis legati Philippi assentiren„tur, neque se cum Philippo nisi adjunctâ

„societate ullam admittere pacem; neque „enim oportere dixit abrumpere societatem a „pace neque exspectandam esse cunctationem „Graecorum, sed iis aut bellum esse geren„dum aut seorsim pacem faciendam.“ Suasit Eubulus, ut aut in Piraeum statim descenderent et pecuniam extra ordinem conferrent et theatralem militarem facerent aut Philocrateae rogationi suffragarentur (Dem. p. 434. §. 291. cit. Göller.). Tandem haec vicerunt, quae Demosthenicae orationis violentia extorserat et Philocratis rogatio comprehenserat. Aeschin. loc. cit. praecipue in Ctes. p. 458. §. 69 sqq. • Dem. f. leg. p. 359. §. 57. Cf. Göller. p. 6 sqq., ubi plura de admittendis sociis.

§. 7. Jam vero, ut Corsinio videtur, XXII^mo^ Elaphebolionis sive XXIII^mo^ Martii, certe ante proximam concionem (Aesch. f. leg. p. 259. §. 82 et p. 268. §. 90) delectis legatis, de quibus eligendis jam antea deliberatum erat, ut ab ipso Philippo jusjurandum exigerent, rursus Elaphebolionis ἑβδόμῃ φθίνοντος [1] i. e. XXIII^mo^ die, sive Martii XXIV^mo^,

§. 7. [1]) Vide tamen annot. proximam.

concio habetur Demosthene Senatore et Proëdro (praeside) eodemque legato electo, in qua Critobulus Lampsacenus progressus dixit, se missum esse a Cersoblepte, qui peteret, ut jusjurandum daret legatis Philippi et inscriberetur inter Atheniensium socios. His dictis Aleximachus rogationem Proëdris legendam tradit, quâ scriptum erat, ut is, qui a Cersoblepte venisset, cum ceteris sociis Philippo jusjurandum daret. Recitatâ rogatione e Proëdris surrexit, Aeschine narrante, Demosthenes seque eam rogationem approbaturum negavit nec pacem cum Philippo factam irritam redditurum neque agnoscere eos socios, qui tanquam in libationibus manus sacris admoverent, sed de his aliam esse concionem indicendam. Clamante autem populo et invito Demosthene rogatio comprobata est. Quum vero ea concio dimissa esset, legati Philippi in Strategio sive Imperatorum curiâ socios, qui aderant, obstrinxerunt. Critobulus autem, Cersobleptis legatus, a sacris repulsus est, cujus rei culpam Aeschines in Demosthenem refert, in Aeschinem Demosthenes. Aesch. f. leg. p. 259 sqq. §. 81 sqq. et p. 267 sqq.

§. 89 sqq. Idem in Ctes. p. 462. §. 71 sqq. Interea per Philippum, qui promiserat prioribus Atheniensium legatis, se, dum Athenis de pace deliberaretur, in Chersonesum armis non invasurum esse (Aesch. f. leg. p. 259. §. 82), per eundem Philippum Cersobleptes obsidetur in Monte sacro Thraciae (Vales. ad Harpocr. s. v. *Ἐργίσκη*), quo hic confugerat, et occupato castello imperium ita amittit, ut filio obside dato sub Philippi auctoritate regeret, *ἕκτῃ φθίνοντος* i. e. XXIV^mo Elaphebolionis, sive XXV^mo Martii. Aeschin. f. leg. p. 267. §. 90. ibid. p. 269. §. 92 sq. [2]

§. 8. Decernitur Demosthene auctore in Senatu (Dem. f. leg. p. 389. §. 154), ut legati jam pridem electi confestim et sine ullâ morâ proficiscantur, III^tio Munychionis, sive II^do

---

[2]) Idem auctor sibi ipse refragatur loc. cit. c. Ctes. p. 462 sq. §. 73, et in *Χερσοβλέπτην — ἕκτῃ φθίνοντος* et *ἐκκλησίαν τὴν τῇ ἕκτῃ* bis fortasse, semel saltem erravit aut sciens orator aut insciis scribis, cum *ἐκκλησίαν τὴν τῇ ἑβδόμῃ* et *Χερσοβλέπτην — ἕκτῃ φθίνοντος* dicendum fuisset ex loco f. leg. §. 90, ubi Spengelius De Pseudeponymis in Museo Rhenan. II, 3. p. 360 censet invertendos esse numeros et facta, *ἑβδόμῃ* et *ἕκτῃ*. Cf. Göllerus p. 9. not. 24.

Aprilis, et ubicunque Philippum esse audierint, ab ipso rege de foedere jusjurandum, quod Athenienses illius legatis jam praestiterant, primo quoque tempore exigerent. Quae legatio secunda dicitur ἡ πρεσβεία ἡ ἐπὶ τοὺς ὅρκους sive ὑστέρα, prior ἡ περὶ τῆς εἰρήνης sive προτέρα. Electi sunt Aeschines, qui legationem ducebat (Aesch. f. leg. p. 267. §. 89.), Demosthenes, qui quidem se adjectum esse postea simulavit, ut nomine legati, publico munere ornatus, de suo, ut promiserat, captivos redimeret (Dem. f. leg. p. 395. §. 171.), porro electi sunt Dercylus, Iatrocles, Philocrates, Phryno, et ceteri, ut decem [1] iidem fere essent, qui in priore legatione fuerant (Aeschin. f. leg. p. 272. §. 97. Boeckh. loc. in annotatione cit. p. 21 n. 2), cum undecimo, quem socii miserant, qui cum iis

§. 8. [1]) Numerus legatorum secundae legationis ex locis veterum variis varie perhibetur, vulgo decem ut in priore legatione electos esse putatur. At ex Psephismate Mnesiphileo in Dem. de Cor. p. 235. §. 29. quinque tantum electi sunt. Jam vero quum notum sit, Demosthenem praeter hos quinque in Psephismate nominatos ad secundam legationem fuisse electum (Aesch. f. leg. p. 268. §. 90. Dem. f. leg. p. 393 sq. §. 165 sqq.

ad Philippum de jurejurando proficisceretur. Profecti quidem eodem die, postea vero cunctati sunt in Philippi commodum inque Atheniensium detrimentum. Philippo enim expediebat plurimum temporis intercedere inter

---

p. 395. §. 171. ibid. p. 406. §. 211), consentaneum alicui esse videatur, quinque e Psephismate electos quidem esse ad jusjurandum exigendum legatos, Demosthenem autem nomine legati adjectum, ut hâc personâ captivos redimeret. Anonym. Arg. in Dem. f. leg. p. 336. extr. *ibiq. Taylor.* Vid. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 256. not. 383. Olivier. Vita Phil. Vol. II. p. 75 et 77. Septimum autem invenimus legatum Dercylum Dem. f. leg. p. 396. §. 175; si recte legitur *ἐν Φεραῖς*, ubi cum Philippo erat legatio secunda, neque vero prima. Vogelius Vita Phil. p. 282 legendum esse putat *ἐν Πέλλῃ* de primâ legatione. At vide Weiske de hyperb. III. p. 4. not. 1. extr. Decemviros fuisse hujus quoque secundae legationis claris verbis dicit Aeschines f. leg. p. 268. §. 96 sq. Cf. Liban. Argum. ad Dem. f. leg.

Quasi incantatus fuissem mirabili Psephismate Mnesiphileo de quinque legatis creandis, vera falsis miscebam, dum Boeckhius egregius ille nos doceret, esse illud Psephisma in aliud tempus (Olymp. CX, 2) rejiciendum atque de aliâ legatione intelligendum. Vid. Boeckh. de Archontibus Pseudeponymis p. 19 sqq. cf. p. 8. in Actis Academ. Berol. 1827. Uno errore seductus, in plures delapsus eram, in Aeschinis itinere ad Amphictyones et in Philippi epistolâ ordinandâ vehementer fluctuabam, et Callisthenis duo Psephismata

jusjurandum, Atheniensibus quam minimum. Quia hi non ab eo tantum die, quo juraverant, sed ab eo, quo speraverant fore pacem, omnis belli apparatus deseruerant, ille autem id maxime et perpetuo moliebatur, quia existimabat, quae ante datum jusjurandum Atheniensibus eripuisset, ea se omnia constanter habiturum neque eos propterea pacem soluturos. Quae quum praevidisset Demosthenes, illud Psephisma rogaverat, quo jussi sunt legati navigare in ea loca, in quibus esset Philippus, et jusjurandum quam primum exigere, ut Thracibus cum Atheniensibus foedere junctis ea loca obtinentibus juraretur, neque ille opportunis locis occupatis Thraciae potiretur, neve magnâ inde pecuniâ multisque militibus instructus reliquas terras

---

confundebam. Nunc ea certo ordine contexui, annotationem tamen, ut difficultas rei lectori magis appareret, eandem repetendam esse putavi; repetendum quoque, quod de Maesiphileo Psephismate scripseram: „In Oratione de Cor. p. 235. §. 29 conservatur rogatio ejus, sed depravata vel confusa vel serius, quam lata, descripta.“ Cf. nunc quoque Spengelius loc. cit. p. 379 sq., qui hoc Psephisma partim spurium et depravatum esse putat.

aggrederetur. Dem. Cor. p. 233. §. 25 sqq. Phil. III, p. 114. §. 15. Aesch. f. leg. p. 268. §. 91 sq. [2]. Cujus rei parum solliciti boni isti legati pedestri itinere 23 dies oberraverunt, tum sederunt Pellae in Macedoniâ 27 dies, ut domo profecti in hoc itinere jam ante reditum initum 50 dies consumerent. Dem. f. leg. p. 390. §. 155. Pellae item Euboeensium, Thessalorum, Lacedaemoniorum et Thebanorum legati manebant (Dem. f. leg. p. 384. §. 139. Aeschin. f. leg. p. 276. §. 104. Cf. Vogel. Vita Phil. p. 125), donec Philippus e Thraciâ rediisset. Euboeenses enim turbis domesticis vexati (Prolegg. ad Phil. I. §. 21) quietem requirebant. Thebani belli sacri oneribus pressi subsidia petebant et afflicti incursionibus Phocensium, quorum mercenarii ex Orchomeno, Coroneâ et Corsiis oppidis Boeotiae munitissimis et Phocensium praesidio firmatis saepe emissi Boeotiae agros populabantur. Diodor. Lib. XVI. cap. 58 sq. ibiq. Wess. et praecipue de Coroneâ Boeckh. Oecon. Vol. II. p. 366 sqq. Thessali internarum externarumque turbâ et

[2]) Quaenam oppida tum capta sint a Philippo narrat Goeller. p. 9—11.

confusione rerum laborabant (Prolegg. citt. §. 24. Liban. Argum. ad Dem. Or. de pace p. 55. §. 1). „Non pacis amore, sed belli metu, inquit Justinus (Lib. VIII. cap. 4. cf. Oros. Lib. III. cap. 12. p. 172 sq. Hav.), e Graeciae civitatibus legationes venere. Siquidem crudescente irâ Thessali Boeotiique orant, ut professum adversus Phocenses ducem Graeciae exhibeat, tanto odio Phocensium ardentes, ut obliti cladium suarum perire ipsi, quam non perdere eos praeoptarent, expertamque Philippi crudelitatem pati, quam parcere hostibus suis mallent. Contra Phocensium legati adhibitis Atheniensibus ipsisque, qui soli Philippi corruptelas aspernabantur, Lacedaemoniis (Pausan. Lib. VII. cap. 10. §. 1 med.) bellum deprecabantur, cujus ab eo dilationem ter jam emerant. Foedum prorsus, inquit idem scriptor, miserandumque spectaculum, Graeciam etiam tunc et viribus et dignitate orbis terrarum principem, regum certe gentiumque semper victricem et multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare sedibus aut rogantem bellum aut deprecantem, in alterius ope omnem spem posuisse orbis terrarum

vindices eoque discordiâ suâ civilibusque bellis redactos, ut adulentur ultro sordidam paulo ante clientelae suae partem.“ Rediit Philippus omnibus castellis in Chersoneso eversis cum Cersobleptis filio obside, id quod Atheniensium legati impedire potuerant, quum decem diebus vel tribus potius quatuorve in Hellespontum proficisci licuisset et exacto jurejurando loca tueri, priusquam ille expugnasset; aut enim praesentibus legatis ea non attigisset aut jusjurandum non accepissent, itaque pacem non impetrasset, nec utraque habuisset: et pacem et loca. Secreto auditis Graecorum legationibus, his veniam belli pollicetur jurejurando adactis se responsum nemini proditurus, illis contra, venturum se auxiliumque laturum, aliis alia; utrosque vetat bellum parare aut metuere. Sic omnibus variato responso securis ipse bellum paravit (Justin. loc. cit.). In hâc igitur legatione manifesta est et Philippi fraus et Atheniensium legatorum corruptela; jam aliud fit illo majus facinus. Postquam enim recepit Philippus, se pacem habiturum, occupatâ Thraciâ culpâ legatorum, qui Psephismati non paruerant,

moliebatur, ne abirent e Macedoniâ, donec expeditionem contra Phocenses legatis ipsorum tanquam sociorum inspectantibus et comitantibus (Dem. Phil. III. p. 113. §. 11) susceptam instruxisset, ne si illi eum se instruere et profecturum esse Athenas renunciassent, Athenienses copias educerent et triremibus ad Pylas missis ut prius trajectum clauderent, sed ut simul istos id nunciare audirent simulque ipse intra Pylas esset et Athenienses nihil possent agere. Demosth. et Aesch. loc. cit. et sq. Dem. f. leg. p. 359. §. 57. p. 389. §. 154. p. 392. §. 164. Quum jam per Thessalos inprimisque Pheraeos valido exercitu rebellaturos (Dem. f. leg. p. 444. §. 320) contra Phocenses proficisceretur, Pheris non in templo, ut par erat, sed in diversorio, quod ante Castoris et Pollucis templum reperiebatur et ubi, id quod turpe erat legatis omnibusque nobilibus (Zell Ferienschriften I. p. 16 sqq.), legati commorabantur, quasi in transitu juravit in haec verba: „Pacem facio cum Atheniensibus et Atheniensium sociis, Alensibus et Phocensibus exceptis.“ Quod Alenses hostes essent Pharsaliis, suis amicis, cum Phocensibus autem se

pacem facere negabat, quod templum Delphicum impie violassent. Dem. f. leg. p. 390. §. 158. cf. p. 352. §. 36. Argum. Anonymi in Dem. f. leg. loc. cit. Alum mox captam et incolis nudam tradidit Pharsaliis. Pseudo-Dem. ad Phil. Epist. init. p. 152. §. 1. Vales. ad Harpocr. s. v. Ἁλέας. Athenienses vero inierunt conditiones has:

Ἀφεστηκέναι μὲν ἁπάντων καὶ τῶν κτημάτων καὶ τῶν συμμάχων, ὀμωμοκέναι δὲ Φιλίππῳ, κἂν τις ἄλλος ἴῃ ποτ' ἐπ' αὐτὰ βουλόμενος σώζειν, αὐτοὶ κωλύσειν, καὶ τὸν μὲν αὐτοῖς βουλόμενον παραδοῦναι ἐχθρὸν ἡγήσασθαι καὶ πολέμιον, τὸν δὲ ἀπεστερηκότα, σύμμαχον καὶ φίλον (Dem. f. leg. p. 385. §. 143). Χερρόνησος ὡς περίεστι τῇ πόλει (Dem. f. leg. p. 365. §. 78). Ἀμφιπόλεως παραχωρεῖν (Dem. f. leg. p. 445. §. 326. Pseudo-Dem. de Halonn. p. 82 sq. §. 24 sq.), καὶ Καρδιανούς (Proleg. in Philipp. I. §. 27 p. 97) ἐᾶν ἔξω Χερρονησιτῶν τῶν ἄλλων τετάχθαι (Demosth. de pace p. 63. §. 25. Liban. Argum. in

Ut cederent omnibus et possessionibus et socils; ut jurarent Philippo, si quis alius in illas invaserit, Atheniensibus ut restitueret, eum ipsos esse prohibituros, et qui eas Atheniensibus tradere voluerit, eum pro inimico et hoste habituros, eum vero, qui eripuerit, pro socio et amico.

Ut Chersonesus relinqueretur urbi.

Ut Philippo Amphipolim concederent et Cardianos a Chersonesitis reliquis exemtos esse paterentur.

Or. de Chers. p. 88 sq.). *Καὶ τοῖς ἐγγόνοις τὴν αὐτὴν εἰρήνην ἐψηφίσθαι.* (Dem. f. leg. p. 358. §. 54 sqq.)

Cf. Id. de f. leg. p. 395. §. 174 et p. 391. §. 159. p. 445. §. 324 sqq. Vid. Barbeyr. Hist. Foeder. Art. CCLII. Vol. I. p. 224 sq.

Ut etiam posteris eadem pax decreta sit.

§. 9. Impensis in *viaticum* mille Drachmis (=240 Thal. sive 434 Flor.), quas publice acceperant, quantum a nullâ civitate numerari solebat neque quum Athenis in Macedoniam proficiscebantur neque quum illinc redibant (Dem. f. leg. p. 390. §. 158. cf. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 255 sq.), redeunt septuagesimo die [1], tertio mense (Weiske loc. cit. p. 18. not. 13. cf. Contaren. loc. cit. p. 92 sq.), a secundâ legatione oratores, XIII^mo^ Scirophorionis sive X^mo^ Junii, moxque est intra Pylas Philippus, et Phocensibus ea pollicetur, quae illi non crediderunt, sed ad verum comperiendum se Athenas contulerunt.

§. 9. [1]) Ex ratione hâc, in quâ secuti sumus Idelerum:

3—30 Munychionis = 28 dies
Totius Thargelionis = 29 „
1—13 Scirophorionis = 13 „
Summa dierum 70.

Renunciatur legatio, neque vero quidquam vel parvum vel magnum eorum reperitur, quae quum pacem facerent, dicta et exspectata fuerant, sed in omnibus Athenienses decipiuntur: Accedunt legati ad senatum; curia referta erat imperitis senatoribus; Demosthenes progressus, reliquos legatos accusat, quod contra mandatum egissent, omniaque a primâ spe rerum, quas Ctesiphon et Aristodemus renunciarant, usque ad jusjurandum ab Philippo exactum enumerat, eaque quae restabant, Pylas et Phocenses, suadet senatoribus, ne amitterent, neve in eandem fraudem inciderent. Quum vero concio XVI^mo^ Sciropho-rionis die sive XIII^mo^ Junii haberetur, et ad populum esset renunciandum, progressus Aeschines eam orationem habuit et tot tantisque bonis refertam, ut universos in suam sententiam pertraxerit. Dixit enim se Philippo persuasisse, quae utilia essent reipublicae tam in Amphictyonicâ Phocensium causâ quam in ceteris omnibus, et prolixam orationem recensuit, quam se contra Thebanos apud Philippum habuisse dicebat, et commemoravit, se id sua effecisse legatione, ut intra biduum aut

triduum Athenienses, si domi manerent neque bellum moverent, audituri essent et Thebas obsideri et Thespias atque Plataeas restitui et Apollini pecuniam solvi non a Phocensibus, sed a Thebanis, qui auctores fuissent templi occupandi. Quin audivisse se ait Euboeensium nonnullos propter conjunctionem civitatis et Philippi territos et perturbatos haec fere dixisse: „Non fugit nos, legati! quibus „conditionibus pacem feceritis cum Philippo, „neque ignoramus, vos illi dedisse Amphi„polim, Philippum autem promisisse, tradi„turum se vobis Euboeam“ (Dem. de pace p. 59. §. 10). Aeschines propter haec et alia (Dem. passim, ut f. leg. p. 375. §. 111 et 112. Vid. Barbeyr. Hist. foeder. Vol. I. p. 225. not. n.) celebratus, descendit magnâ quâdam majestate. Surrexit Demosthenes et ea se ignorare dixit, repetiturus, quae ante triduum in Senatu retulerat. Sed hinc illinc clamitatur, obturbatur, ridetur, subsannatur. Demosthenes non auditur, creduntur, quae Aeschines renunciaverat. Dem. f. leg. p. 346 sqq. §. 17 sqq. Eodem tempore Philippum esse intra Pylas progressum, quod voluerat, simul et Athenienses

audiverunt et ipse adfuit. Praesentia Philippi terrorem injecit; epistolâ autem paulo post missâ rex in se culpam legatorum transfert, quos Alensium reconciliandorum causa detinuisset, de Thebanis autem vel Phocensibus ne tantillum quidem. Dem. loc. cit. p. 351. §. 34. Aeschin. f. leg. p. 298. §. 129. Adfuerunt Athenis Phocensium legati cogniturі, tum quid Atheniensium legati renunciaturi essent, tum quid Athenienses decreturi. Demosth. f. leg. p. 359. §. 57. Unde Phocenses rem comperti sunt XX^mo^ Scirophorionis sive XVII^mo^ Junii (Dem. l. cit. §. 59).

§. 10. Etiam quum jam Philippus ingressus esset intra Pylas (quas inde praesidio et mercenariis tenebat. Dem. Phil. III. p. 119. §. 32), Aeschines haec verba dedit: „Non esse tumultuandum, ait, quod Philippus intra Pylas ingressus esset, consecuturos enim affirmavit Athenienses omnia, quae vellent, si quiescerent, atque intra biduum aut triduum aduturos, iis, quorum hostis venisset, Philippum esse amicum, contra, quibus amicus, iis hostem esse factum; neque enim verbis amicitiam ajebat confirmari, sed eâdem utilitate;

expedire autem Philippo et Phocensibus et Atheniensibus Thebanorum stupore et molestiâ liberari.“ Quae quidem propter inimicitias eo tempore inter Athenienses et Thebanos intercedentes libenter audiebant, qui post biduum aut triduum fere audiebant miserorum Phocensium urbes esse eversas. Sed propter praeclaras et magnas illas spes, quas concionator iste et antea et tunc pollicebatur, tertium legatos missuri erant Athenienses ad Philippi animum explorandum. Delegerunt igitur Aeschinem, Demosthenem, Dercylum et ex reliquis plerosque eosdem quos antea legatos cum Philippo acturos. Demosthenes statim ejuravit. Deinde quum concio surrexisset, congressi Aeschines aliique proditores consultaverunt, quem Athenis relicturi essent. Dum enim in motu omnia erant et futura caecâ exspectatione pendebant et varia verba in foro fiebant, metuebant isti, ne subito concio indiceretur, quâ Athenienses e Demosthene verum comperti, aliquid opportuni de Phocensibus decernerent et Philippus rei gerendae occasionem amitteret. Nam si aliquid tantum Athenienses decrevissent, conservati fortasse essent

Phocenses. Neque enim licuisset Philippo, nisi Athenienses decepti essent, diutius manere, quia frumentum nec erat in agris propter bellum incultis, nec invehi potuisset triremibus Atheniensium, Proxeno duce ad Perthmum mare obtinentibus, et Phocensium urbes viginti duae (Kruse Hellas. Vol. III. p. 28 sqq.) expugnatu erant difficiles. Propterea, ne quid mutaretur eorum, in quibus Athenienses decepti erant, Aeschines ut Philippi causam ageret, morbum simulans domi mansit. Dem. f. leg. p. 378 sq. §. 121 sqq. cf. Aeschin. f. leg. p. 304. §. 137 sqq. Reliqui legati ad Philippum profecturi Chalcidem Euboeensem transvecti sunt. Ibi audiverunt jam XXIII^mo ejusdem mensis die sive XX^mo Junii factum esse foedus Phocensium cum Philippo, quo res non solum Phocensium, sed Graecorum omnium omnes perditae sunt et consummatae. Dem. f. leg. p. 359. §. 57 sqq. Cf. Weiske de Hyperb. III. p. 18 sqq. Namque Phalaecus tunc temporis Nicaeae [1] subsistens, ubi se

§. 10. [1]) De Nicaeâ diversis dominis a Philippo traditâ vid. Goeller. p. 29. not. 17.

viribus ad dimicandum imparem videbat, quanquam praesidio castella habebat. firmata, quibus Philippum a transitu prohiberet, sed pecuniae angustiis laborans, per legatos pacem cum rege hisce conditionibus pepigit: „ut Phalaecus cum suo agmine, quo libeat, facessat.“ Qui quidem datâ acceptâ fide cum mercenariis (erant autem octo millia) in Peloponnesum discessit. Phocenses autem omni spe deminuti Philippo se dederunt. Diodor. Lib. XVI. cap. 59 [2]. Itaque speciosam ille Dei tutelam religionisque violatae causam cupidissime susceptam perfecit, famam pietatis ad reliquas virtutes utilissimam accessionem fore ratus, superavit decem annorum debilitatos, omnemque rei confectae gloriam et fructum nullo suo labore solus reportavit [3]. Athenis vero quum XXVII^mo die Scirophorionis sive XXIV^mo Junii in Piraeo concio de navalibus haberetur, rediit Dercylus Chalcide et renunciavit, Philippum summam rerum Thebanis commisisse, et quintum item cum esse diem posuit, ex quo foedus esset factum. Itaque

[2]) Rem copiose exposuit Goeller. p. 19—22.

[3]) Valcken. Orat. de Phil. p. 265.

tempore, quo renunciaverunt et decreverunt, omni convincitur, Philippum cum proditoribus de interitu Phocensium collusisse. Deinde quod nulla Phocensium urbium expugnata aut vi capta est, sed persuasione funditus omnes perierunt, id per proditionem accidisse maximo est argumento. Dem. f. leg. loc. cit. cf. tamen Goeller. p. 25. n. 93.

Quo audito Phocensium vicem doluerunt, et ipsi perterriti ex rogatione Callisthenis liberos et uxores ex agris in urbem transferendos decreverunt et castella restituenda et Piraeum muniendum et Herculana sacra in urbe facienda. Dem. f. leg. p. 379. §. 125 sq. cf. p. 368. §. 86. Cor. p. 237. §. 36. Spengel. l. cit. p. 387. Quum haec fierent et tanta perturbatio tantusque tumultus urbem occupasset, Aeschines, qui, quum eundum esset, morbum simulaverat, tunc, ut affirmat Demosthenes, neque a Senatu neque a populo delectus, legatus abiit ad eum, qui illa perpetrabat (Dem. f. leg. p. 380. §. 126. *), sed ut ipse Olymp. CIX, 2

*) Ut hujus loci argumentum magis elucear, ex addito tempore uni quasi obtutui judicandum subjiciam:

dicit, ad Amphictyonicum concilium (f. leg. p. 306. §. 139). Postea Philippus epistolam Athenas misit, quae servata est in eâdem oratione de Cor. p. 238. §. 39: „Scitote, inquit, nos intra Pylas esse progressos et Phocidem subegisse ac quae oppida ultro deditionem fecerunt, in ea praesidia introduximus, quae vero imperium detrectaverunt, vi cepimus et civibus sub coronâ venditis evertimus. Quum vero audirem vos instrui ad opem illis ferendam, scripsi vobis, ne jam eâ de re laboretis. Nam si omnino dicendum est, non moderate facere mihi videmini, qui quum pacem pepigeritis, nihilominus in aciem descendatis, praesertim quum Phocenses in communibus nostris

---

Interitus aut potius foedus Phocensium . . . . 23 Scirophor. = 20 Junii.
Legatio tertia . . . . — — — — —
Concio in Piraeo et Dercyli reditus . . . . . 27 Scirophor. = 24 Junii.
Decretum Callisthenis de tutandâ Attică . . . . — — — — —

Postea, pergit orator, qui *modo* simulaverat morbum, Aeschines abit ad Philippum. Is paulo post Athenas rediit, ubi postulatum regis de confirmando Amphictyonico decreto laudavit.

pactis non sint comprehensi. Quare si non manebitis in conventis, nullâ re, nisi auspicandis injuriis, antevertetis." Athenienses rediisse videntur ad securitatem (Boeckh. de Archont. p. 9 sq.).

[6]) Κατασκευάζω est verbum fraudis et subdolae molitionis, ut struere Latinum et machinari. Demosth. c. Steph. p. 1103. §. 5: μηχανᾶται καὶ κατασκευάζει ταῦτα, ἐφ' οἷς ὁ Στέφανος οὑτοσὶ ἐμοῦ κατεψευδομαρτύρησε. Bud. Comm. p. 574. Κατασκευάσαι non conjungendum cum παραδώσειν, sed cum φάσκειν. Sententia: Illexit nos eo, quod dixit se nobis traditurum esse Amphipolim, et quod ita illud celebre arcanum struxit.

p. 20. §. 7. [1]) Vide Proleg. §. 17.

[2]) Vid. Prolegg. §§. 8. sq. Et jam olim Macedonum socios fuisse Athenienses vid. infra p. 22. §. 14. n. 3.

3) Proleg. §. 24.

4) Revera paulo post (Olymp. CVIII, 4) Magnesiam Thessalis reddidit Philippus. Philipp. II. p. 71. §. 22, qune habita est Olymp. CIX. 1.

5) Phocense bellum satis notum praetermittamus.— Thessali, tum per Phocenses, quos inter et illos vetus odium ex priscis temporibus intercesserat, Amphictyonum concilio ejecti, maximum hujus belli onus sustinebant. Pausan. Phoc. (Lib. X.) c. 1. §. 2. sqq. Tittmann. Amphictyon. p. 361 sq. ibiq. Dem. ll. citt. Vogel. Biogr. T. II. p. 109. Wessel. ad Diodor. L. XVI. c. 60. p. 558. Bip.

6) Historia rerum gestarum Philippi est continua atque perpetua perfidia. Cf. ad Liban. arg. Olynth. I. p. 7. §. 1. n. 9.

7) *Προσλαμβάνων*, i. q. paulo superius *προσαγόμενον*, antecedens *ἐξαπατῶν* arctius definit: sibi adsciscens, ad usus suos adjungens.

§. 8. 1) Vid. ad p. 19. §. 5. n. 5. *Τούτων* scil. *ἀγνοούντων, οἳ εἰς γνῶσιν ἐλθόντες, ὅτι ἠπάτηνται, κατ' αὐτοῦ ὁρμήσουσιν.* Ulpian. Ceterum toto hoc loco omnia conveniunt sibique respondent; *ἐνθύμημα, ὃ καλεῖται ἀκολουθία.* Ulpian.

2) *Πρὸς τοῦτο καιροῦ* rel. i. q. *τὰ παρόντα πράγματα Φιλίππῳ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ἐστιν.*

3) *Τὸ σχῆμα πρόκλησις.* Ulpian. Dem. c. Androt. p. 602. §. 29: *ἀλλ' ἦ δεῖξον οὐ πεποιηκότα ταῦτα σαυτόν* ibiq. Ulpian. p. 390. ed. Paris. Olynth. III. p. 36. §. 28: *ἦ φρασάτω τις ἐμοὶ παρελθών.*

4) *Ἐπανόρθωσις. τὸ γοῦν ἀμφίβολον ἔφυγε, τὸ δ' ὁμολογούμενον εἴρηκεν.* Ulpian.

5) I. q. immerito, inique, perfide. Quomodo se immiscuerit Philippus Thessalorum rebus, exposuimus

Proleg. §. 24. — Cum nostro loco cf. Olynth. I. p. 15. §. 23. n. 3.

6) Nulle tempore, quidquid dicit Demosthenes, libertate tota Thessalos rex privavit. Weiske de hyperb. I. p. 87. n. 87. Goeller. Prolegg. in Demosth. p. 29. not. 15.

§. 9. 1) *Τοῦτό ἐστιν Ἀντίθεσις, δύναμιν ἀνθυποφορᾶς ἔχουσα, τὸ μὲν μέρος ἀντιθέσεως δεχομένη: εἰ καὶ Φίλιππος ἄδικος καὶ ἐπίορκος, τὸ δ' ἐνισταμένη: ἀλλ' ὅμως βίᾳ καθέξει τὰ πράγματα.* Ulpian. — Philippus Melanchthon in Dialectica haec: „Syllogismo colligit, Philippi regnum, quia partum scelere, non esse diuturnum. Initio enim ponitur conclusio: non posse esse diuturnum Philippi imperium. Deinde sequitur major, quae est mirifice tractata et amplificata circumstantiis et causis, quod non maneant in officio illi, qui vi continentur, sed ad primam occasionem ac levem offensionem dissolvi talia foedera. Addita ratio est, quia regnum perjuriis et fraude partum non sit diuturnum, sed aliquanto floreat, dum spes est armis ac vi posse effici ea, quae suscipiuntur, sed tempore collabitur. Accedit similitudo: ut aedificiorum fundamenta oportet firma esse, ita et causas negotiorum oportet justas esse. Majorem sequitur minor paucissimis verbis: Res Philippi non habent se hoc modo etc. Atque hic videre est, quantum accedat lucis hujusmodi locis scriptorum, si quis ad hunc modum nos ad praecepta Dialectices revocet.“ Edit. Herwag.

2) Praeripere et praeoccupare res festinabat Philippus. Phil. I. p. 44. §. 14. p. 48. §. 30. p. 52. §. 41. Dum Graeci deliberabant aut classem parabant, Macedo, qui bella non indicebat, quique rebus

aderat, velut morbus inexspectatus, media saepe hieme jam ceperat urbes improvisus; quod alii facturi videbantur, ille facere occupabat, hostesque antevertens, injuriam inferre prior malebat, aut imminentem praecavere, quam illatam exspectando pati et vindicare. Valcken. Or. de Phil. p. 250. ibiq. not. 35. — Ceterum cf. Olynth. I. p. 15. §. 22.

3) Quomodo aliorum studia ad nostras opes augendas allicere atque excitare possimus, exposuit Cicero de off. L. II. c. 6. sqq: „Quaecunque faciant, ait, eos aut benevolentiae gratia facere, cui fidem habeant, aut cujus opes metuant metu ductos. Omnium autem rerum neque aptius esse quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi; neque alienius, quam timeri. Malus enim, inquit, custos diuturnitatis, metus; contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem." Quod ille multis exemplis probat. Demosthenem imitati sunt alii, docente Wyttenbachio (ad Julian. p. 47. C. p. 74), e quibus unum Choricium nominamus: *μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν ἐναντίωμα πάλιν ἀνέτρεπε τὰς σπουδάς. τὰ γὰρ εὐνοίας χωρὶς καὶ πόθου συνιστάμενα σαθρά τε καὶ σφαλερὰ καὶ βραχὺν ἀνθήσαντα χρόνον ἀπομαραίνεται.*

4) Ex *συμπονεῖν* Praepositio ad *φέρειν* repetenda. Ita solent Graeci. Sophocl. Antig. v. 533. Erf.:

καὶ συμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.

Plura exempla expromsit Schaeferus ad h. l. Male sonarent verba *συμπονεῖν καὶ συμφέρειν τὰς συμφοράς.*

5) *Ἀντιπίπτον ἔλυσεν: οὐκοῦν δεήσεις μάχης καὶ κινδύνων, ἵνα κρατήσωμεν. ὁ δὲ — ἡ πρώτη πρόφασις κ. τ. λ. εἰπών, τὸ ῥᾴδιον τῆς καθαιρέσεως ἔδειξε.* Ulpian.

6) Dejicere, excutere. Metaphora sumta ab equo, qui erectus in pedes jubam retro agit et sessorem

jugumque excutit. Creuz. ad Procl. in Plat. Alc. p. 81. et Addend. in calce Vol. III. — *Πάνυ δ' ὁ λόγος ἁρμόζει ἐπὶ τῶν ὑπὸ Φιλίππου δεδουλωμένων, εἴ γε καὶ ἡ δουλεία ἔοικε ζυγῷ.* Ulpian. Est vero hoc vocabulum audax, magnificum et fere tragicum. Plinius Jun. Lib. IX. Ep. 26. §. 9. Mussac. ad Harpocr. s. v. *ἀνεχαίτισε.* Valcken. ad Eurip. Hippol. vs. 1233, qui comparavit Senec. Hipp. vs. 1084:

pavidi sonipedes
imperia solvunt seque luctantur jugo
eripere rectique in pedes jactant onus.

Alia ejusdem verbi est significatio et metaphora, quum auriga dicitur retinere equum. Vid. locc. citt. praecipue Proclum et Bekker. Anecd. p. 19. extr.

7) Aoristum in sententiis, in locis sententiosis, quo quid semper fieri fierique solere significetur, pro Praesenti adhibent Graeci. Boeckh. ad Pind. nott. critt. p. 358. Cf. Olynth. I. p. 13. §. 15. n. 4. Ad sententiam cf. Isocrat. Panath. cap. 96. §. 243. Vol. II. p. 594: *τοὺς μὲν γὰρ ἀποστέροντας τὰ συμβόλαια καὶ τοὺς παρακρουομένους καὶ παραλογιζομένους οὐχ ἡγοῦνται δικαίως καλεῖσθαι πλεονεκτικούς. διὰ γὰρ τὸ πονηρὰν ἔχειν τὴν δόξαν ἐν ἅπασιν αὐτοὺς ἐλαττοῦσθαι τοῖς πράγμασι.*

§. 10. 1) *Ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν κατὰ ψυχὴν, πρόεισι μέχρι τῶν ἐκτός. οἷον πῶς ἔχει ψυχῆς Φίλιππος; ὅτι ἀθυμεῖ [„φαῦλος φαίνεται“], καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα — δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι. πῶς τὰ ἐκτός; ὅτι Θετταλοὶ ἄπιστοι, ὅτι Ἰλλυριοὶ καὶ Παίονες ἐλευθερίας ἐπιθυμοῦσιν, ὅτι τῶν προςόδων ἐστέρηται καὶ στερήσεται, καὶ ὅπως ἔχουσιν οἱ Μακεδόνες κ. τ. λ.* Marcellin. ad Hermog. p. 313. c. fin. cit. Reisk. —

Εἰς ἅπαξ sive *εἰςάπαξ* semel, simul et semel. Etiam *εἰς τὸ ἅπαξ* Lucian. Timon. c. 19. Vol. I. p. 128. R. Vol. I. p. 89. Bip: *εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπτάμενον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου* rel. Vid. Stephan. Thes. p. 2122. Ed. Lond. q. cit. Taylor in schedis.

p. 21. [2]) Coron. p. 303. §. 227: *Θεάσασθε τοίνυν, ὡς σαθρὸν ἐστὶ φύσει πᾶν, ὅ,τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον.* Demostheni obversatus est Euripidis Electr. v. 948:

Ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνών
ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Nostri et aliorum sententiae de „justitia regni fundamento" cumulavit Stobaeus, quem citavit in schedis Taylor, Eclog. phys. p. 9. ed. Cant. Vol. I. cap. IV. §. 49. p. 130. Heer. Vid. Theognis vs. 197. sive vs. 137. Welcker. quem vide. Soph. Oed. C. v. 1022. p. 80. Hell.

[3]) *Τὸ ἤνθησεν πρόσκαιρον καὶ ἀβέβαιον ἔδειξε τὴν δύναμιν τοῦ Μακεδόνος. καὶ γὰρ τὰ ἄνθη πρόσκαιρα καὶ οὐ πολυχρόνια.* Ulpian. Vide Hermogen. Form. Lib. I. cap. 5. p. 415. sq. Laur. q. cit. Taylor in schedis. — Ceterum *Ἄνθος* de summa cujuslibet rei praestantia usurpatur a poetis, philosophis, oratoribus. Creuz. ad Plotin. de pulcr. p. 283. not. et ad Olympiod. in Plat. Alc. p. 109. — Particula *γε* auget vim antecedentis *σφοδρά. καὶ—γε*, adeoque. Hoogev. part. I. gr. p. 287. sq. ed. Sch.

[4]) Cf. inferiora p. 21. extr. et sq. §. 13. sqq. Vid. Pindar. Olymp. I. v. 53. Vol. II. p. 32. ed. Böckh. ibiq. Schol. et Schol. ad Soph. Oed. C. vs. 1444. p. 197. ed. Doederl. Admiratus est Scriptor Franco-Gallus (Essais sur Démosthènes et son éloquence p. 42 sq.)

numerum verborum rei aptisimum: τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὐτὰ κατάρρει.

[5]) Decidunt instar flosculorum, cum vel arnerant vel vento agitantur. Sic in Psalmis (XVIII. v. 43. vulg.) impiorum felicitas gramini stratis viis innato comparatur. Respondet hoc superiori ἤνθησεν, quo fortius est et acerbius.

[6]) Celebris sententia saepius recitata. Vid. Reisk. et Schaef. ad h. l. Cf. Walaeus ad Matth. c. VII. v. 24. et Andr. Schotti Adagialia sacra p. 21. Stobaeus quoque, quem citavit in schedis Taylor, Floril. p. 105. Tit. 9. περὶ δικαιοσύνης §. 51 multis aliis eam addidit; ex ejus Tituli initio sumamus hunc Anonymi versum:

Ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.

[7]) Κάτωθεν h. l. i. q. κάτω. Lobeck. ad Phryn. p. 128.

§. 11. [1]) Ἐγχείρημα συμβουλευτικὸν ἀποφαντικῶς. Πεπλήρωκε δ' ἄχρις ἐνταῦθα τὸν περὶ τοῦ δικαίου λόγον, καὶ δείξας, Φιλίππῳ μὲν δυςμενεῖς τοὺς θεοὺς, εὐμενεῖς δὲ τῷ δήμῳ, πάλιν ἐπὶ τὴν προτροπὴν ἐπεχώρησεν. ἀεὶ γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ ταῖς ἀποδείξεσιν ἐπάγει τὰς προτροπάς. Ulpian.

[2]) Ὅπως τις κάλλιστα et οὕτως ἀρέσκει μοι sese excipiunt, ut paulum infra ὅσῳ ἑτοιμότατα et τοσούτῳ μᾶλλον, nisi quod Superlativus in ἀρέσκει implicatur, ut Phil. I. p. 48. §. 30: ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας· ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ (i. e. μάλιστα ἀρέσκῃ), χειροτονήσατε. De Superlativo hoc vid. Matth. Gr. gr. §. 462. Cf. id. ibid. §. 461. p. 858. Ed. 2dae.

[3]) Εἰς δύο γὰρ μερίζει τοὺς Θετταλούς: εἰς ἀγνοοῦντας τὸν Φίλιππον, καὶ εἰδότας μὲν, δεδιότας δέ. Ulpian. Diversos diversis legibus viventes

Thessaliae populos et vetere societate amicos Atheniensibus (Thuc. Lib. II. cap. 22.) in suspectum Philippum incitandos esse jubet Demosthenes per legatos. Quae legatio non confundenda cum exhortatione Olynth. I. p. 10. §. 2. ad Olynthios ope appropinquantis auxilii confirmandos.

Hic supponit, ignotum Thessalis esse, contra Philippum Atheniensis aliquid moliri; sed quum post unamquamque orationem auxilium missum esse Philochorus (vid. Prolegg. §. 30) doceat, quomodo, si auxilium jam missum et haec oratio esset secunda, Thessalis id ignotum fuisset? Inde conjiciunt, neque aliam orationem antecessisse, sed hanc ipsam primam esse. Rauchenst. l. l. p. 27. At alia omnia A. G. Becker. Vers. germ. ad h. l. — *Ταῦτα* i. e. Atheniensium expeditionem alacritatemque agendi et quae superioribus Orator exposuit.

4) Vid. ad Olynth. I. p. 11. §. 9. n. 4. p. 12. §. 13. n. 1. Idem, Thessalos Pagasas reposcere, affirmatur Olynth. I. p. 15. §. 22. n. 3.

5) Conf. Olynth. I. p. 15. §. 22. n. 4. Vid. ad ejusd. §. 13. n. 1. modo cit.

§. 12. 1) *Εἶναι ἐπὶ τοῖς πράγμασι* i. q. *παρεῖναι τοῖς πράγμασι*, rebus interesse; quod explicuit Reiskius ad Olynth. I. p. 10. §. 2. n. 9. Vid. Olynth. I. extr.

Cum subsequenti dicto cf. Xenoph. Cyrip. L. VI. c. 4. §. 3. (5 Schn.): *τὰ ἔργα — πιθανώτερα τῶν λόγων.* Cf. Thucyd. II. c. 41. (Ciceron.) Declam. in Salust. c. IV: „Ubi rerum adsunt testimonia, nihil opus est verbis.“ namque „facta verbis difficiliora“ Cicer. Ep. ad Quint. I. 4.

2) *Σχῆμα ἀπ' αὐξήσεως.* Ulpian. De *ὅσῳ ἑτοιμότατα — τοσούτῳ μᾶλλον* vid. Matth. Gr. gr. §. 402.

ed. 2dae. Videtur ita explicandum: ὅσῳ γὰρ μᾶλλον ἑτοιμότατα πάντων s. ἄλλων α. δ. χρ., τοσούτῳ rel. Vid. Nitzsch de Comparat. in Edit. Platon. Ion. §. 12. p. 76. sqq. Rd. ibid. p. 82 sq.

§. 13. [1]) Synonyma amat Demosthenes. Vid. ad Olynth. I. p. 10. §. 3. n. 3. Thucydides praecivit (L. II. c. 48): „λεγέτω μὲν περὶ αὐτοῦ (τοῦ λοιμοῦ), ὡς ἕκαστος γνώσεται, καὶ ἰατρὸς καὶ ἰδιώτης, τὰς αἰτίας, ἃς εἰκὸς νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν. Vid. Gottleber. ad h. l. et Wyttenb. in Addend. p. 773. ed. Bauer. Julian. Orat. in Const. p. 20. C: ἅπαντα μεταβαλόντα καὶ μεταστάντα πρὸς τὸ βέλτιον. — Est autem μεταβολή in universum repentina, temeraria et varia mutatio, μετάστασις status mutatus quidem, sed firmus. Thucyd. L. VI. c. 20. — Proximi Accusativi Participiorum pendent a Verbali δεικτέον. Dionys. Art. Rhet. c. II. §. 6. p. 240. R: ἐν ἀρχῇ χρηστέον τῷ τύπῳ τούτῳ, ὑποβάλλοντα καὶ ὑπὸ (l. ἐπὶ) πᾶσι λέγοντα. ibiq. Schaef. in Melet. crit. p. 25. et not. 33. Phil. I. p. 48. §. 32. n. 1. Participium etiam sine τις indefinite usurpatur. Stallbaum ad Plat. Crit. p. 43. b. cap. 1. Idem ad ejusd. Phaedon. p. 61. d. cap. 5. et p. 63. d. cap. 8.

[2]) Οὕτως, φησίν, ἅπαντες ἀπιστοῦσιν ἡμῖν μηδὲν ποιοῦσιν, ὅτι κἂν θεάσωνται ἡμᾶς ποιοῦντας, θαυμάζω, εἰ καί ποτε ἡμῖν πιστεύουσιν, ὅτι ποιοῦμεν. Ulpian.

p. 22. §. 14. [1]) Pro additamento habenda. Olynth. III. p. 37. §. 31. n. 4: ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε. Quibus cum locis bene comparat Lambinus Ciceronianum (Sext. c. 31): „Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum.“ addens: „Noster igitur dum additamentum

inimicorum suorum appellat, ei contemtum quaerit. — Voce, opinor, a mercatoribus translata; quod ad justam mensuram apponitur.“ — A nostro quidem loco aliena est contemtus significatio, sed inest potius h. l. notio auxilii in προσθήκη. Doederl. ad Soph. Oed. C. vs. 1326. p. 553. Attamen tota enunciatione extenuatur potestas Macedonica.

2) Ὑπῆρξε c. Dat. praesto fuit, favit, juvit. Xenoph. Anab. L. I. c. 1. §. 4: Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ. Dem. f. leg. p. 358. §. 54: ἀλλὰ καὶ τούτους μαλακοὺς ἐποίησε τὸ τὸν Φίλιππον ὑπάρχειν αὐτοῖς πεισθῆναι. Bud. Comm. p. 135.

3) De hac Timothei contra Olynthum expeditione nihil certi notum; fortasse quis hoc conjecerit: Timotheus iterum (namque jam antea Socratide Archonte i. e. CI, 3 in Thracia paulum occupatus est. Pseudo-Demosth. Timoth. p. 1186. §. 6. cf. §. 9: Ἐπὶ Σωκρατίδου γὰρ ἄρχοντος Μουνυχιῶνος μηνὸς μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν Τιμόθεος. Diodor. L. XV. c. 47. ad Olymp. CI, 3: Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστάλκεισαν Τιμόθεον τὸν Κόνωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μετὰ νεῶν ἐξήκοντα. οὗτος δὲ πρὸ τῆς συμμαχίας ταύτης πλεύσας ἐπὶ Θρᾴκης καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος); iterum igitur Olymp. CIV, 1 in Thraciam navigavit (Diod. L. XV. c. 81. ad eum annum: Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ἔχων δύναμιν πεζικὴν καὶ ναυτικήν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτιδαίαν πολιορκήσας εἷλε. Cf. Dinarch. c. Dem. p. 91. lin. 48. p. 11. R. Prolegg. §. 18. n. 4) — Hac occasione debiles urbibus Olynthii ei adversati fuisse videntur, namque Toronen et praecipue Potidaeam aliasque vicinas urbes alienae potestati vehementer invidebant (Diodor. L. XVI. c. 8. cf. Prolegg. §. 4). At quomodo qui tum

Macedoniam rexit, Perdiccas III Philippi frater, Atheniensium hostium opes adjuverit? (Aeschin. f. l. p. 213: *Περδίκκας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς* (Olymp. CIII, 4. $\frac{365}{364}$) *ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει*). At ibidem idem Orator Perdiccam cum Atheniensibus reconciliatum esse narrat; ut potius eo ipso tempore Athenienses adjuvisse videatur. Etiam Ulpianus ad h. l. huic sententiae accedit: *Πρὸς γὰρ Ὀλυνθίους πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις συνεμάχησε Περδίκκας ὁ ἀδελφὸς Φιλίππου μετὰ τῶν Μακεδόνων.* Idem tempus respicere videntur Aem. Probus Vita Timothei c. I: „Olynthios — bello subegit." (cf. Valcken. Orat. de Phil. p. 269. n. 61), Aristoteles (Oeconom. L. II. c. 1. §. 23) et Polyaenus (L. III. c. 10. §. 1) narrantes, Timotheum cum Olynthiis bellum gerentem in pecuniae inopia fictitium numum sigillo signatum distribuisse et postea relatum praesenti argento permutasse et solvisse. Boeckh. Oeconom. Ath. T. II. p. 112. et T. I. p. 317. Alii aliam narrationem fingunt hanc: Amyntas pater Philippi contra Olynthios, qui magnam Macedoniae partem se reddituros esse negaverant, perpetuo odio inflatus, incitat Athenienses, qui cum Macedone familiariter conjuncti (Aesch. l. c. p. 212. sq.), Timotheo duce et Perdicca (nempe ut Ulpiani verba serventur) ab Amynta patre in auxilium misso, brevi tempore (tum enim perbréve tempus in Thracia Timotheus est moratus) subegerunt Olynthios Olymp. CI, 3. Diodor. L. XV. c. 47. Lucchesini ad h. l. n. 11. p. 319. sqq. Judicium de hac controversia penes Lectorem.

4) **Aliquid, magnum aliquid.** Vid. ad Olynth. I. p. 11. §. 9. n. 9.

5) *Σὺν ἄλλῳ γενόμενον.* Ulpian. Id est h. l. cum Olynthiis conjunctum. De Potidaea vid. Prolegg. §. 17. Cf. supra p. 19. §. 7.

6) Commotam et turbatam videmus Thessaliam ad Olynth I. p. 12. §. 13. n. 1. cf. Philipp. III. p. 113. extr. Factionibus enim semper dilacerabatur Thessalia. Buttmann de Aleuadis in Act. Acad. Berol. 1821. p. 203. sqq.

7) Non, ut perperam explicat Ulpianus, *τὸ γένος Ἀλευαδῶν*, qui Larissae potissimum valebant, sed intelligendi sunt Pheraei tyranni. Buttmann. loc. cit. p. 209. sq.

8) *Πάντα* sine articulo h. l. adverbialiter, omnino, utique, semper, cui contrarium *οὐδὲν ὠφελεῖ*. Ut Xenoph. Cyrip. L. II. c. 2. §. 12: *τὸν πλεῖστα — ὠφελοῦντα*. et Anab. L. I. c. 3. §. 10: *πάντ' ἐφευσμένος*. Lucian. de Dea Syr. c. 22. extr. Vol. IX. p. 107. Bip: *πάντα οἱ συνεοῦσα*. Ut Xenoph. Cyrip. Lib. I cap. V. vers. fin: *πολλὰ γάρ μοι συνόντες*. Jacobs Lectt. Stob. p. 62. Theogn. v. 898: *οὐδεὶς δ' ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός*. Schoettgen. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 446. p. 724. Sch. Viger. Idiot. p. 135. b. sq. Fischer. ad Weller. T. III. b. p. 193. — Cum hac sententia cf. Isocrat. Paneg. Vol. I. p. 258. Aug. §. 139. Bekk: *πολλάκις μικραὶ δυνάμεις μεγάλας τὰς ῥοπὰς ἐποίησαν*.

§. 15. 1) I. e. Philippus.

2) Opes perfidiâ et odio infirmas infirmiores etiam reddit Philippus oneribus. Vid. Ulpian.

3) *Ἀντικίπτον λύει. ἐπειδὴ δειλίαν οὐκ εἶχε κατηγορῆσαι· τὴν γνώμην ἐξετάζει Φιλίππου καὶ τὴν σχέσιν τῶν Μακεδόνων καὶ τὰς προαιρέσεις αὐτῶν ἐναντίας ἀποφήνας, οἱ χ ὁμονοοῦντας ἀλλήλοις δείκνυσι.* Ulpian.

4) *Τοῦτο* i. e. *δόξαν*, quod h. l. idem est q. *φιλοτιμίαν*. Schaef. ad h. l.

5) De patientia, perseverantia et fortitudine Philippi in periculis imminentibus Diodorus S. L. XV. c. 3: *Οἱ δὲ Μακεδόνες διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθειστήκεισαν, ἀλλ' ὅμως τηλικούτων φόβων καὶ κινδύνων ἐφεστώτων, ὁ Φίλιππος οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῶν προσδοκωμένων δεινῶν— πρός τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων εὐστόχως ἀντεμηχανᾶτο.* — Theopomp. ap. Athen. Lib. X. p. 435. b: *Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην.* Valcken. Orat. de Philipp. p. 240. et p. 253.

§. 16. 1) Articulus interpositis proximis verbis a suo *δόξαν* amotus est, hoc dicitur *ὑπερβατόν*, verborum concinna transgressio, cujus hunc nostrum locum ut exemplum laudant Rhetores, ut Hermogen. Form. Lib. I. cap. 12. post med. p. 363. Laur. q. cit. Taylor in schedis. Gregor. Cor. ad Hermog. in Reiskii Oratt. Graecc. Vol. VIII. p. 916. Comparavit hunc locum Letronne (Récherches sur l'Égypte p. 378) cum loco Inscriptionis graecae, quae in Bibliotheca nostra publica conservatur, hoc: *καὶ τὰ πρὸς τὰς θυσίας καὶ σπονδὰς τὰς ἐσομένας ἐν τῇ συνόδῳ κατὰ τὰς πρώτας ἑνάτας τοῦ μηνὸς ἑκάστου καὶ τὰς ἄλλας ἐπωνύμους ἡμέρας δι' ἑκάστου εἰσενηνεγμένα χρήματα.* Cf. Phil. II. p. 72. sq. §. 29: *τοὺς——— λέγοντας.*

2) Pausan. L. VIII. c. 7: *Φίλιππον βασιλέων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὅσοι Μακεδόσι γεγόνασιν ὕστερον, τούτων μὲν, πείθοιτο ἄν τις, μάλιστα αὐτὸν ἔργα ἐπιδείξασθαι.* Quod cum aliis exposuerunt rerum Philippicarum scriptores Olivier. T. I. p. V. sqq. Valcken. p. 236. sq. Vogel. passim.

[3]) Xenoph. Cyripaed. Lib. I. cap. 6. §. 25. Schn: *τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου, ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι καὶ αὐτὸ τὸ εἰδέναι, ὅτι οὐ λανθάνει, ὅ,τι ἂν ποιῇ.*

[4]) *Τὰ ἔργα* sunt arva et sata omnia, quibus colendis vita toleratur, victus quaeritur. *Τὰ ἴδια* propria cujusque domicilia, opificia et res familiaris. Reisk.

[5]) Pro usitatiore *πορίζεσθαι*, sibi comparare, *κερδαίνειν*, interdum usurpatur *πορίζειν*. Lexic. Xenoph. T. III. p. 631. s. v. *πορίζειν* §. 2. et Schaef. ad n. l. Ita Phil. I. p. 48. §. 29 *προσπορίζειν*. cf. ibid. intrr. Matth. §. 496, 5. Küster. de verb. med. nro. 30.

[6]) Id est misere, aerumnose, quantum quidem licet per stipendia continua.

[7]) *Διατίθεμαι τὸ Πωλῶ, καὶ ἐπὶ πράσει τὰ σκεύη ἢ ἄλλα τινὰ εἰς μέσον τίθεμαι.* venalia exponere, vendere. Bud. Comm. p. 507. Reiskii Index s. v. Ulpian. Harpocr. s. v. *διάθεσις* ibiq. Maussac. et Vales.

[8]) *Καὶ μηδενὸς ἐμπορευομένου διὰ τὸν πόλεμον.* Ulpian.

p. 23. §. 17. [1]) *Ὅρα πῶς κατὰ μικρὸν τὸ ἀσθενὲς ἀποδείκνυσι τοῦ Φιλίππου.* Ulpian.

[2]) *Πεζέταιροι* i. q. *πεζοὶ ἑταῖροι*, erant primores, praestantes et robusti Macedonum pedites ad regis praesidium custodiamque electi. Meursius Lect. Attic. L. II. c. 11 de *πεζεταίροις*. ibiq. citt. Harpocr. Etym. M. Suid. Phot. s. v. Eustath. ad Iliad. δ. vs. 274. p. 473. Rom. Brodaei Miscell. Lib. V. cap. 34 in Gruteri Lampade Vol. II. p. 549, quos cit. Taylor in schedis. Intrr. ad Hesych. s. v. Bekkeri Anecd. Vol. I. p. 289. Schol. Aug. ad h. l. p. 118. R. Sturz. Dialect. Mac. p. 44.

Baehr. ad Plut. Flam. c. 17. p. 120. sq. Cf. infra not. 5. Significat fortasse Demosthenes illos Antipatros, Parmeniones, Ptolemaeos, Seleucos, Perdiccas, Antigonos, Eumenes.

[3]) *Συγκροτεῖν* vocabulum musicum et bellicum. h. l. armis aliquem exercere, omnes ad unum ictum ut concinant et ad justum tempus sibi respondeant. Lexic. Xenoph. s. v. ibiq. citt. D'Orvill. ad Char. p. 86. Amst. p. 251 Lips. Schweigh. ad Polyb. L. I. c. 61. §. 3. Vol. V. p. 308 sq. Steph. Thes. Nrp. XXI. p. 6381. sq. Wolf. ad Casauboniana p. 330.

[4]) Cf. Olynth. I. p. 15. §. 22. n. 5: *ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων κ. τ. λ.* Eadem formulâ utuntur Aristides Or. Aegypt. Vol. II. p. 334. Jebb. docente Wyttenb. Epist. crit. ad Jul. p. 35. (Opusc. Vol. I. p. 38.) et Julianus Ep. 22. p. 30. ed. Heyler. Quâ *Ἀναφορᾷ*, Relatione, orator se munit. Hermog. Meth. cap. 28. p. 556. Laur. q. cit. Taylor in schedis.

[5]) I. q. *οὐδ' εἰσὶ βελτίους τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*, nihilo sunt fortiores aliis, ut Xenoph. de Vectigg. c. I. §. 1: *γιγνώσκουσι μὲν τὸ δίκαιον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.* Cf. Cyrip. L. V. c. II. §. 19. Platonici Alcib. II. p. 148. c: *οὐδένων ἧττον εὐτυχεῖς εἰσιν ἄνθρωποι*, ipseque Demosth. Olynth. I. p. 17. §. 27. n. 8. De sociis Philippi Demosthenic. Or. de Philippi Epist. p. 155. §. 10: *τοὺς δὲ (τῶν Μακεδόνων) περὶ αὐτὸν (τὸν Φίλιππον) ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρίᾳ, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας κ. τ. λ.* Qui totus locus omnino conferendus cum nostro.

§. 18. [1]) I. q. *φιλοδοξία*. — De Paraphrasi *οἷος ἔμπειρος* vid. Matth. Gr. gr. §. 445. b. ed. 2dae.

2) Arte saltem homines liberaliter tractandi sociosque sibi blande conciliandi gloriabatur Philippus. Valcken. Phil. p. 254. sq.

3) Ἄλλως i. q. alioquin, alio modo, ex alia causa, sc. h. l. quam ex vera, sine certa causa. ἄλλως· ὡς ἔτυχεν. Hesych. ἀνεπιτηδεύτως, κατά τινα ἀγαθὴν τύχην. temere. Hermann ad Lucian. Hist. Conscr. p. 70. Namque ἄλλως usurpatur, si veram rationem aut nescimus aut dissimulamus; vera autem ratio justitiae est ipsa temperantia, σωφροσύνη, secundum Platonem, cujus discipulus dicitur Demosthenes (cf. ad Liban. Vit. p. 3. §. 3. n. 7). Plat. de Legg. L. III. p. 696. c. T. VIII. Bip: Τό γε δίκαιον οὐ ῥύεται χωρὶς τοῦ σωφρονεῖν. Cf. Creuzer. ad Plotin. de pulcrit. p. 276. sqq. Illam significationem vocabuli ἄλλως exposuit Valcken. ad Herod. L. IV. c. 77. cf. Ruhnk. ad Tim. p. 198. sq. ibiq. citt. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. Lib. II. cap. 13. n. 18. — Quae explicatio si cui, fortasse non immerito, contortior videtur, aliam significationem particulae ἄλλως judicio lectoris permittam hanc: ἄλλως etiam significat ὅλως, οὐδὲν ἄλλο ἢ, μόνον, mere, nonnisi. Dem. c. Lacrit. p. 931. §. 25: ἡγοῦντο εἶναι τὴν συγγραφὴν ἄλλως ὕβριν καὶ φλυαρίαν. i. q. nihil nisi nugas et fatuitatem. Id. f. leg. p. 348. §. 24: οἱ ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο. i. q. refragantes omnino (Wolfius: sine causa) obturbare et obtrectare videbantur. Cf. Toup. epist. crit. p. 65. Lps. Intelligunt igitur n. locum: Si quis autem satellitum modestus vel justus tantum est, nec idem ebrius, nec lascivus, nec festivus, nec omnino talis, quales amat Philippus etc. — Sed omnes facile, credo, acquiescent in hac explicatione: si temere et casu quodam quis

in illis est modestus et justus, ut ἄλλως ad utrumque et ad σώφρων et ad δίκαιος pertineat.

4) Petulantior et obscoena saltatio, qua lumbi denudabantur. Harpocr. s. v. Interprr. ad Hesych. s. v. ibiq. citt. Potter. Arch. T. III. p. 633. sq. ibiq. citt. Casaub. ad Theophr. Char. VI, p. 61. p. 84. ed. Fisch. q. cit. Taylor in schedis. — Hunc totum locum confirmant malitiosus Theopompus nec non alii. Philippus conviva commodus, amabilis, facetus, idemque bibax, scurrilis, petulans, lascivus, luxuriosus, scurras, risores et ejus ingenii comites sodalesque amabat. Dictis facetis et levibus jocis delectans ad convivia commissationesque quotidianas adhibebat qui risum moverent adeoque tibicines, citharoedos, saltatores, quibuscum totâ nocte potaret. Modestos, severos, graves et sobrios aspernabatur; ornabat qui in alea et compotionibus vitam traducerent, quos omnis iniquitatis et libidinis athletas efficiebat, eos benigne admittebat, in eorum consessu de maximis rebus deliberabat, iis familiariter utebatur, qui quibuslibet ex locis confluxerant. Atqui hac vivendi ratione lascivis et intemperantibus suis populis placere studebat. Theopompus, Carystius, Hegesander ap. Athen. Lib. IV. p. 167. a. VI. p. 260. a. sqq. X. p. 435. b. Lib. XIV. cap. 1. p. 614. c. Vogel. loc. cit. p. 66. Cf. not. subsequentem.

§. 19. 1) Latrones, i. e. milites grassantes praedaeque studiosos concinne opponit Demosthenes superioribus artis disciplinaeque militaris peritis imperatoribus et gloriae cupidis, adulatores autem viris justis et modestis. — Ad hunc locum maxime pertinet Theopompus l. citt.: ἑταίρους Φιλίππου ζῆν τοῖς λῃσταῖς παραπλησίως. — ἀντὶ δὲ τοῦ κοσμίως ζῆν ἁρπάζειν καὶ φονεύειν. Idem: Ἀγαθοκλέα, δοῦλον γενόμενον,

Φίλιππος, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον διὰ τὴν κολακείαν καὶ ὅτι ἐν τοῖς συμποσίοις συνὼν αὐτῷ ὠρχεῖτο καὶ γέλωτα παρεσκεύαζεν, ἀπέστειλε διαφθεροῦντα Περραιβοὺς καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐπιμεληθόμενον. τοιούτους δ' εἶχεν ἀεὶ περὶ αὑτὸν ἀνθρώπους ὁ Μακεδών. Hinc patet Philippum latrociniis bellisque tumultuariis ipsos latrones praefecisse. Ceterum ab eodem auctore his narratis n e f a n d a adduntur, ut haud simulate addidisse videatur Demosthenes: *ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι.* Contra Theopompi hunc locum pugnat Polybius, gravissimus scriptor. Valesii Excerp. de virt. et vitio p. 19. sqq. T. III. ed. Ernest. L. VIII. c. IV. §. 11. sq. ed. Schweigh. Forbiger. Animadverss. p. 8. sqq. (Prolusio schol. Lips. 1822). Cf. Heyn. Opusc. Acad. Vol. IV. p. 165. Cum Demosthenico loco vehementiae et amaritudinis pleno comparatur Homericum (Iliad. *α.* vs. 225) *οἰνοβαρές* rel. in Pseudo-Lucian. Encomio Dem. cap. 5. Vol. III. p. 492. R. Vol. IX. Bip.

[2]) *Θαυματοποιῶν* ars fuit, diverso modo corpus inflectere et per ignes rotasque laxandis intorquendisque membris et similibus nugis popelli animos admiratione defigere. Interprr. ad J. Poll L. VII. §. 189. Mounteney. ad n. loc.

[3]) Hic s e r v u s, fortasse s c r i b a, p u b l i c u s (de quibus vid Boeckh. Oeoc. I. p. 198. sq. Cf. d'Orvill. ad Char. p. 292. Amst. p. 376. Lips. Harpocr. s. v. *δημόσιος*) est homo obscurus et ignotus, nisi quod Schol. August. ad h. l. dicit.: *Ὁ δὲ Καλλίας εἷς ὢν τῶν οἰκετῶν, καὶ καταγνωσθεὶς ἔφυγεν εἰς Μακεδονίαν καὶ διέτριβε παρὰ Φιλίππῳ.* Liban. Progymn. Vitup. Phil. Vol. IV. p. 974. R. *ἐμέθυεν (ὁ Φίλιππος), ἐκορδάκιζε, συνῆγε τοὺς ἀσελγεῖς, τούτοις συνέπινε, μετὰ τούτων ἠσχημόνει, καὶ οἷς οὐκ*

ἦν ἀλλαχοῦ ζῆν, τούτους ἦγ εὐδοκιμεῖν παρ' ἐκείνῳ. Καλλίας ἦν δημόσιος Ἀθήνῃσι, τούτου μὲν βδελυρίαν μὴ φέρων ὁ δῆμος, ἐξέβαλεν. οὗτος οὐκ ἠγνόησεν, οἱ χρὴ δραμεῖν, ἀλλ' ἦκε τῷ Φιλίππῳ; καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐκεκρίνετο. Quae e nostro ipso loco profluxerunt. Idem (Decl. Apolog. Demosth. Vol. IV. p. 319) eundem dicit Phrynonis filium Atheniensem.

§. 20. [1]) Κακοδαίμων non solum infelix, sed deo invisus, θεοβλαβής, φρενοβλαβής, ἀτυχής. — Est igitur κακοδαιμονία extrema miseria, conditio animi perversissima, quae homini non ab aliis hominibus neque a se ipso paratur, sed a genio malo; insaniâ miserior. Aristoph. Plut. v. 505. ibiq. intrr.:

ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται,
τίς ἂν οὐχ' ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν κακοδαιμονίαν τ' ἔτι
μᾶλλον;

Olynth. III. p. 34. §. 21: οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ.

[2]) Locus in Orat. adv. Epist. Phil. p. 155. extr. §. 13 spuriâ repetitus hunc ipsum, unde desumtus est, tironi clariorem reddiderit: τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισχοτεῖ (i. e. ὀκόσος ἐπάγει. c. Dativo h. l. in bonam partem. D'Orville ad Char. p. 713. Amst. p. 637. Lips.) πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Julian. Or. II. p. 84 D Nostrum imitatur: αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ τὰς ὀργὰς ὑφαρπάζειν. Wyttenb. Epist. crit. de Jul. p. 51. (Opusc. Vol. I. p. 55. sq.). Sententiam cum aliis servavit Stob. Flor. T. CVI. §. 13. p. 566

[3]) Cum hoc nostro loco, quem Thucydidis (praeeuntis quidem, vid. Lib. III. c. 39) esse dicit Seneca Rhetor (Declamat. XXIV. ibiq. Schott. Cf. Carrionis Antiqq. Lectt. Lib. II. cap. 10 in Gruteri Lampade Vol. III. P. II. p. 42. sq. cit. a Tayloro in schedis),

confer Salust. Orat. Lepidi circa fin. (in Fragm. Hist. L. I.): „Secundae res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam contemnetur“ (sc. Sulla). Cf. quoque Olynth. I. p. 16. §. 23. n. 6. Pseudo-Demosth. c. Phil. Epist. p. 155. §. 13. Alios imitatores indicat Andr. Schottus Observv. L. III. c. 1. p. 123. sq. Schol. Aristid. p. 101: Ἔστι δὲ Δημοσθενικὸν, ὥςτε κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν ἐπαχθεῖς ποιεῖν.

p. 24. [4]) Scil. Philippus. Ad δείξειν supple τοῦτο, ut Coron. p. 274. §. 139: εἰ δέ φησι· νῦν δείξάτω ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι. ibid. p. 292. §. 191: ἐπειδὴ δ' οὐ τότε· — ἀλλὰ νῦν δείξον. Ceterum animadverte τὸ ἀπότομον s. orationem praecisam, duriorem et severam.

[5]) Βούλεσθαι de optione consilii (βουλῆς), cupere, decernere, constituere, sibi proponere. — Ἐθέλειν generaliter velle. Lexic. Xenoph. s. vocc. cf. Buttmann. Lexilog. T. I. p. 26. sqq. ed. 1mae. Cf. Grāfenhan Parerga in Ephem. Schol. Darmst. 1828. Mai. Ceterum observa et piam Demosthenis mentem et prudentem, quae cum favore numinis auditorum industriam conjungit, ut sequatur eventus optatus.

§. 21. [1]) Τέως h. l. ionice pro relativo ἕως, quod mox sequitur; aut potius pro τέως, ἕως. Suidas s. v. Τέως· οἱ ῥήτορες. —: Καὶ ἐπὶ τοῦ Ἕως, ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν $\overline{\beta}$ τῶν Φιλιππικῶν. sequitur noster locus citatus, quem temere vexavit Buttmannus, in omnibus ejusmodi locis legi jubens τέως, ἕως. Vid. ej. indic. in Midian. p. 187. — Ceterum Stob. Floril. p. 540 adhibuit n. l. in Tit. 98. περὶ νόσου §. 9.

[2]) Σαθρόν, putre, dicitur quicquid corruptum, vitiosum, ruinosum, male affectum, male sanum. Ast. ad Platon. Legg. T. II. p. 254. ibiq.

citt. Toup. ad Longin. c. XVIII. §. 1. p. 321. sq. p. 340. Weisk. Platonicum esse flosculum a medicis corpus experientibus petitum docet Wyttenb. ad Plutarch. p. 497. et p. 866. sq.

3) *Κινεῖν* verbum medicorum de omni causa corpus mutante sive interna sive externa. Foesii Oeconom. Hippocr. s. v. *Κινέειν*.

4) *Ῥῆγμα* proprie quaeque **solutio continui**, ut carnis, vasis s. venae et arteriae, musculi alicujus; fibrarum nervosarum (hoc dicitur *σπάσμα*); **ruptum** aliquid sive cum suppuratione sive absque suppuratione; plerumque interna scissura, abscessus, intro qui rumpitur, ut tuberculum et ulcus in pulmone. Hippocrat. de Morbb. L. I. p. 454, 30. et p. 456. sq. ed. Frncfrt. 1620. Galen. Method. med. Lib. III. c. 1. Foes. loc. cit. s. vv. *ῥῆγμα* et *σπάσμα*. Ulpian. ad n. l. Inde *ῥηγματίας*, cui aliquid intus ruptum est. Reines. Medici Varr. Lectt. L. II. c. 3. p. 142.

5) *Στρέμμα*, **luxatum**, articuli vel ossis emotio. Galenus loc. cit. et Foesius s. h. v. Dem. Coron. p. 294. §. 198: *ὥσπερ τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖται.*

6) I. e. **partium corporis.**

7) Hi Genitivi pendent a remotiore *τὰ κακά*.

§. 22. 1) *Εἴωθεν ὁ Δημοσθένης, ἔνθα ἂν ἀπορῇ λύσεως πρὸς ἀντίθεσιν, μὴ ψιλὴν αὐτὴν τιθέναι, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον πλατύνειν, ἕως ἂν λάθῃ τοιοῦτόν τι προσθεὶς, ἐξ οὗ λήψεται τὴν ἀφορμὴν τῆς λύσεως, ὃ δὴ κἀνταῦθα πεποίηκεν. ἦν γὰρ ἡ μὲν ἀντίθεσις: εὐτυχὴς ὁ Φίλιππος, οὐκ ἔχων δὲ λῦσαι ταύτην, κατ' ὀλίγον πλατύνων ἀπὸ τῆς Φιλίππου τύχης αὐτῆς, ἐπὶ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μετέστησεν.* Ulpian. secundum Hermog. Meth. cap. 31. p. 559. Laur. q. cit. Taylor in schedis.

Cf. Phil. I. p. 41. §. 4. ibiq. Krüger Prolus. 1826. p. 15. Pseudo-Dem. ad Phil. Ep. p. 156. §. 15. — Hunc nostrum locum ob concinnitatem, suavitatem et numeros admiratur Dionysius Hal. de admir. vi dicendi in Demosth. c. 43. T. VI. p. 1089. sqq. R.

2) Cf. Philipp. I. p. 41. §. 4.

3) Cf. Noster de pace p. 60. §. 11. — A Platone profectum, quod ad h. l. jam monuit Ulpianus, Nostrum videmus; ille de legg. L. IV. p. 709. b. T. VIII. Bip.: „τύχας εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. — ὁμοίως αὖ καὶ τόδε ἐστὶ λέγοντα εὖ λέγειν: ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι: τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην.“ Quam sententiam Nicostratus Aristophanis comici filius et ipse comicus (ap. Athen. L. XV. p. 693. a) ita invertit:

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, πρόνοια δέ
τυφλόν τι κἀσυντακτόν ἐστιν, ὦ πάτερ.

Hanc comici, non illam philosophi de fortuna sententiam pluribus placuisse, intelliges e veterum Graecorum et Romanorum sententiis collectis a Stobaeo Ecl. L. I. c. 8. p. 212. sqq. Heer. a Lennepio ad Phalarid. Ep. p. 182. sq. et ab Interpretibus ad Cic. Off. L. II. c. 6. §. 19. Muret. ad Cicer. Or. in Catil. I. c. 6. p. 621. sqq. ed. Graev. Praecipue vid. Wyttenb. Praef. Animadv. in Plutarch. Mor. in Opusc. Vol. I. p. 450. sq. Adde Gregor. Cor. in Reiskii Oratt. Graec. Vol. VIII. p. 957. A Genere quoque dicendi cum Platone Demosthenem esse comparandum tradit Hermogen. Form. Lib. I. cap. II. p. 252. Laur.

4) In *αἱρεῖσθαι* et reliquis verbis optandi, nec addito vocabulo *μᾶλλον*, latet notio comparativi eaque

conjunguntur cum particula ἤ. Cujus constructionis exempla collecta sunt ab Nitzschio in Plat. Ion. p. 70. sqq., unde comparandi causa hoc unum adscribamus Lysiae Epitaph. p. 118. R.: θάνατον μετ' ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ δουλείας. Cf. eundem ibid. in Appendice p. 88.

5) Κατὰ μικρόν vulgo quidem i. q. paulatim, sed. h. l. rectissime vertitur: paululum. Isocrat. Nicocl. Vol. I. p. 106. Aug. p. 35. L. §. 10. Bkk.: Ἐγὼ δ' ἀποδέχομαι μὲν πάντας τοὺς λόγους τοὺς καὶ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ὠφελεῖν δυναμένους. Platon. Soph. p. 241. C. §. 56: εἰ καὶ κατὰ μικρὸν οἱοίτ' ἐπιλαβέσθαι πη τἀνδρός ἐσμεν. — ἐάν πη καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα. et Heind. ibid. ad §. 5. Erravit igitur erroris alios accusans d'Orvill. ad Charit. p. 109. Amst. p. 265. Lips. — Demosthenem hic et proxime, quum dicit: οὐδὲν ποιοῦντες, oratorie loqui eum volunt, qui hanc orationem non habent pro prima, i. e. qui eam post missa jam auxilia dictam esse contendunt. Alteri ea verba proprie intelligunt.

§. 23. 1) Ut latinum sedere de desidibus, socordibus et otiosis. Cf. §. 24. n. 7. Idem significant κεῖσθαι, ἀποκεῖσθαι, κατακεῖσθαι, ut latinum jacere. Lennep. ad Phalar. p. 253. ibiq. citt. Vechner. Hellenol. p. 471. Ast. ad Plat. Polit. IV. c. 1. p. 419. extr. Comm. p. 477. sq. Bergler. et Wagner. ad Alciphr. I. 25. p. 141. Simili translatione καθεύδειν dicitur Dem. f. leg. p. 488. §. 303. Krüger Ind. in Xenoph. Anab. s. v. Καθ. Dormienti nil tibi confecturos Deos (Terent. Adelph. IV. 5. 59.), exponit Cato apud Sallustium, Nostri imitatorem, (Catil. c. 52. post med.): „Scilicet res ipsa aspera est; sed vos non timetis eam. Immo vero maxume; sed inertia et mollitia animi, alius

alium exspectantes, cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maximis saepe periculis servavere. Non votis, neque supplicils [i. e. precibus] muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt: ubi socordiae te atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implores; irati infestique sunt." Poetarum aliorumque dicta similia collecta invenies a Gatakero ad Antonin. L. IX. §. 40. et 41. p. 346. sqq. ed. Stanh. Cf. Olynth. III. p. 33. §. 18. Unum addamus Epicharmi ap. Xenoph. Memor. Lib. II. cap. 1. §. 20:

τῶν πόνων
πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί.

cf. Demosth. Phil. I. p. 53. §. 44. sq. — Pollux (Lib. III. §. 89. p. 313. ibiq. Jungerm.): *καθήμεθα δὲ ἀντὶ τοῦ ἐκαθήμεθα, Δημοσθένης.* Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 269. Matth. Gr. gr. §. 236. a. v. p. 468. Ed. 2dae.

2) Participium sine articulo infinite quemquam significat, ut si quisquam ipse est ignavus. Xenoph. Anab. L. IV. c. 1. §. 20: *σχολὴ δ' οὐκ ἦν ἰδεῖν χαρεληθόντι τὸ αἴτιον τῆς ἀκουδῆς.* Cf. supra p. 19. §. 5. n. 1. et p. 20. §. 10.

3) I. q. nedum. Devar. d. part. l. gr. p. 230. sq. ed. Reusm. Schaef. ad h. l. Matth. Gr. gr. §. 610. Nro. 2. p. 1232. Ed. 2dae. — Ceterum observa hujus loci *ἐργασίαν*, argumentorum Tractationem exornatam. Hermog. Invent. Lib. II. cap. 7. p. 157. Laur. ibid. Lib. IV. cap. 2. p. 191. q. cit. Taylor. in schedis.

4) Vid. Olynth. I. p. 10. §. 4. n. 4.

5) Cf. Phil. I. p. 43. §. 10. ibiq. Mounten. Prolegg. §. 13. n. 4. Aristophanes depravatos mores perstringens Nubb. v. 999 dicit:

οὐ στωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ', οἷάπερ οἱ νῦν.

p. 25. §. 24. [1]) Lacedaemonii jam pridem Thebanos principatus aemulos fore suspicantes, Phoebidae, duci agminis Olymp. XCIX, 3. a. Chr. $\frac{382}{381}$ contra Olynthum missi, de qua expeditione agebamus Prolegg. §. 4, clandestinum consilium Cadmeae occupandae, si in itinere occasio ita tulerit, mandaverunt. Quam occasionem obtulit Leontiades, qui alter praetor Thebanus, Lacedaemoniorum amicus et Ismeniam collegam suum Lacedaemoniis adversarium perosus in Cadmeam duxit Phoebidam et CCCC nobilissimos in exilium egit, suos adversarios, qui Athenas confugerunt. Sed iidem exules Olymp. C, 3. a. Chr. $\frac{378}{377}$, Atheniensibus opem ferentibus, injurias hostium puniunt patriamque vindicant. Hoc bellum Boeoticum et aliàs notum et venuste expositum est a Xenophonte, Hellen. L. V. c. 4. Cf. Diodor. Sic. L. XV. c. 20 et c. 25. ibiq. Wessel. et quos citat. Cornel. Nep. Pelopid. c. 1. sq. ibiq. Interprr. Aeneas Tact. c. 24. ibiq. Casaub. p. 1762. p. 206 Orell. Ulpian. ad n. l. Add. Demosth. Philipp. I. p. 40. §. 3. Pseudo-Dem. c. Neaer. p. 1357. §. 35. Forbiger. Prolus. 1822. p. 3. sqq. Krüger. Prolus. 1826. p. 10. Mitford Hist. Graec. L. XXVI. c. V. sqq. Barbeyr. Hist. Född. I. p. 197. sqq. Artt. 221. 223 et 227. Manson. Spart. Vol. III. P. I. p. 114. sqq. cf. P. II. p. 205.

[2]) Jure Thebis esse ejectos superbos Lacedaemonios, interfectos improbos magistratus, reductos exules, justitiae hoc tribuendum certatim monent scriptores; audiamus unum maxime pium Xenophontem

has res l. l. narrantem: *Παντάπασιν ἤδη καλῶς καὶ ἀσφαλῶς ἡ ἀρχὴ ἐδόκει αὐτοῖς (τοῖς Λακεδαιμονίοις) κατεσκευάσθαι. Πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις ἔχοι καὶ ἄλλα λέγειν καὶ Ἑλληνικὰ καὶ βαρβαρικά, ὡς θεοὶ οὔτε τῶν ἀσεβούντων οὔτε τῶν ἀνόσια ποιούντων ἀμελοῦσι, νῦν γε μὴν λέξω τὰ προκείμενα: Λακεδαιμόνιοί τε γὰρ οἱ ὀμόσαντες αὐτονόμους ἐάσειν τὰς πόλεις, τὴν ἐν Θήβαις ἀκρόπολιν κατασχόντες, ὑπ' αὐτῶν μόνον τῶν ἀδικηθέντων ἐκολάσθησαν, πρῶτον οὐδ' ὑφ' ἑνὸς τῶν πώποτε ἀνθρώπων κρατηθέντες.* Cf. Polyb. Hist. L. IV. c. 27. Inde jam patet, cur hoc bellum gestum esse dicat Noster *ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*. Cf. Rhod. libert. p. 199. §. 29, ubi *τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια* opponuntur *τοῖς ἰδίοις δικαίοις*. Ille vero locus ad nostrum explicandum permultum valet. Aequa et justa civitatibus Graecis (id quod significat locutio *τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια*) reddere et communem libertatem servare (quae servanda erat foedere tum inito sociis *τῷ κοινῷ συνεδρίῳ* conjunctis. Diod. L. XV. c. 28. ad Olymp. C, 4. $\frac{377}{376}$), erat urbis principis, quam, ut illo foedere constitutum erat, Demosthenes vult esse Athenas. Cf. Bremi cll. Krüger. ad Phil. I. p. 40. §. 3 ibiq. nostras annott. Magis vero erat id negotium officiumque Amphictyonum, unde nuper Olymp. CVI, 2. a. Chr. $\frac{355}{354}$ Thebani propter Cadmeam occupatam Lacedaemoniis in concilio Amphictyonum accusatis D Talenta (sive 723 840 Thal. sive 1 302 913 Flor.) irrogaverunt; et quum proximo anno, ut jussum erat, adjudicatam mulctae summam ii non solvissent, Thebani novam duplicis injuriae actionem instituerunt. Ad M igitur Talenta (sive 1 447 681 Thal. sive 2 605 827 Flor.) solvenda Lacedaemonii Amphictyonum

suffragiis condemnati sunt. Reliqua vulgo notissima. Diodor. Lib. XVI. capp. 23 et 29. Cf. Tittmann. de Amphict. p. 134.

3) *Ἀνταίρειν· ἀνταντίστασθαι.* Bekk. Anecd. p. 28. 8. reniti, resistere. Plena locutio est *ἀνταίρειν* et *ἀναίρομαι τὰς χεῖρας* vel *τὰ ὅπλα*, quod athletarum est. Budaei Comm. p. 729. Lex. Xenoph. s. v. *ἀναίρεσθαι.*

4) Persicis bellis.

5) Longum est referre populos urbesque singulas, praecipue insulas, ab Atheniensibus pro ratione reipublicae receptas, quas servatas esse dicebant. Isocrates Epist. II. ad Philipp. Vol. I. p. 432 Aug. §. 19 Bkk.: *ἡ (πόλις Ἀθηναίων) καὶ πόλιν μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων καὶ ξύμπασαν τὴν Ἑλλάδα πολλάκις ἤδη σέσωκεν.* Idem passim Oratt. Panegyr. et Panath.

6) Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonen.

7) Parat efficacissimam a minori ad majus argumentationem hanc: Si vos, ante hos 30 annos multo infirmiores, potentissimis tum Lacedaemoniis (vid. Xenoph. et Diodor. Sic. locc. citt.) pro communi Graecorum jure bellum intulistis; quanto magis nunc vobis potentioribus convenit, Philippo, et ipsi valde potenti, ex dignitate vestra pro ipsarum Athenarum salute bellum suscipere? Forbiger. Prolus. 1822. p. 5.

§. 25. 1) *Δύναται· θέλει.* Rüdig. ad h. l. Versa vice *θέλειν· δύνασθαι*, Wyttenb. ad Plat. Phaedon. p. 272. sq. ibiq. citt. Mounteney et Rüdiger ad Phil. I. p. 45. §. 20.

2) Inierunt bellum cum Philippo Atheniensea ob Amphipolim ereptam Olymp. CV, 3. *Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ πολέμου (πρὸς Φίλιππον) ὑπὲρ*

Ἀμφικράτους. Aeschin. fals. leg. p. 247. Gesserunt igitur bellum, quum haec oratio habita est, jam per 8 annos. Vid. Proleg. §. 16. sq.

3) Οἷον τοὺς ξένους καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον. Ulpian. De his imperatoribus et quaedam monuimus in Prolegg. (§. 15. n. 4. §. 27 et passim) et alia alio loco monebimus

4) Vid. Phil. I. p. 53. §. 47. Cf. Nostra Prolusio anni 1822. de Heliaea init. n. 2.

5) Οἱ στρατηγοὶ κρινόμενοι, ἀποφυγεῖν βουλόμενοι, πάλιν αὐτοῖς ἐπηγγέλλοντο τάςδε καὶ τάςδε τὰς ἡσους αὐτοῖς προσκτήσασθαι καὶ τάδε κατορθώσειν. Ulpian. Cf. infra p. 26. §. 28. n. 6.

§. 26. 1) Particula Εἶτα vehementiam quandam et acrimoniam aut admirationem addit interrogationibus praemissa: i. q. Et. Hoogev. d. partt. l. gr. s. v. VI. p. 209. sq. ed. Schütz. Devar. d. partt. l. gr. p. 131. ed. Reusm. Stallbaum ad Plat. Apol. p. 28. b. cap. 16.

2) Noluit dicere, quod durius videatur, simplex: λόγον οὐκ ἔχει, sed mitiori οὔτ' εὔλογόν ἐστι addit: οὔτε φύσιν ἔχον ἐστὶ i. q. fieri non potest (Herodot. Lib. II. cap. 45), cui opponitur: πέφυκεν. Sermonis usum ἔχον ἐστὶ pro ἔχει adamavit, praesertim ubi praecesserat ἐστί, Plato. Heind. et Stallbaum ad Plat. Phaedon. p. 100. c. §. 113. cf. ad ejusd. Sophist. p. 244. c. §. 62.

3) Prudentibus quidem facilius est omnia retinere, quam acquirere, sed imprudentibus difficilius. Ita sibi ipse non reclamitat Demosthenes Olynth. I. p. 16. §. 23. n. 7. Salust. Catilin. c. 51: „Profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.“ Id. Jugurth. c. 31. med.:

„Majus dedecus est, parta amittere, quam omnino non paravisse.“ Cicer. Catil. IV. cap. 11.: „non minore labore tueor, quam comparo.“ Ex altiore animo Tacitus Hist. Lib. I. c. 15: „Fortunam adhuc tantum adversam tulisti; secundae res acrioribus stimulis animos explorant, quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur.“ Ab exemplo majorum Thucydides II. 62. Vid. Demosth. infra §. 36. n. 1. Cujus rei causam Xenophon (Cyrip. L. VII. c. 5. §. 26) refert hanc: *Μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο, τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται.* Et brevius quidem Ovidius (Art. am. II. 13. sq.):

Nec minor est virtus, quam quaerere, parta tueri.
Casus inest illic; hic erit artis opus.

Andr. Schotti Observv. L. III. c. XVIII. Plura dabunt Octaviani Mirandulae Flores cap. Parsimonia. Sententiam Demosthenicam Stobaeus quoque, quem citavit in schedis Taylor, Titulo 48 *ὑποθῆκαι περὶ βασιλείας* inseruit p. 328. §. 46.

a) *Ἀντιπίπτον ἔλυσεν, ὅτι ξενικοῖς χρησόμεθα τοῖς στρατοπέδοις. ὁ δὲ τί φησίν; Εἰ μὲν εἴχομέν τι φυλάξαι· καλῶς τοὺς ξένους ἐπέμπομεν (ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἀπέστελλον τοὺς ξένους). εἰ δὲ κτήσασθαι δεῖ· πρόδηλον ὅτι τὸν δῆμον εἶναι δεῖ τὸν στρατευόμενον.* Ulpian.

p. 26. §. 27. 1) Hunc locum aliis multis Tit. 46 *περὶ ἀρχῆς* addidit Stobaeus, quem jam citavit in schedis Taylor, p. 319. §. 98, unde hunc Xenophontis sumamus: Hiero. cap. 9. §. 2: *τὸ μὲν γὰρ κάλλιστα ταῦτα* (sc. *τὰ βέλτιστα*) *ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ*

τιμᾶν, αὐτὴ μὲν ἡ ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται, τὸ δὲ τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν, ταῦτα δ' ἀνάγκη δι' ἀπεχθείας μᾶλλον γίγνεσθαι. Inde jubet orator sine ira et studio, sed e factis esse judicandum.

§. 28. [1]) I. e. bellum Amphipolitanum cum Philippo gestum. Cf. Olynth. I. p. 17. §. 27. n. 7. et p. 12. §. 10. n. 2.

[2]) Αἰνίττεται δ' ἴσως εἰς Χάρητα. Ulpian. Namque durante illo bello Amphipolitano (Olymp. CV, 4 — CVIII, 2), sociale bellum sustinuerunt Athenienses (Olymp. CV, 3. — CVI, 1), quod bellum contra socios quam contra Philippum pugnare teste Oratore malebant duces Athenienses. Chares, quum accusatis collegis imperium abrogasset et solus toti classi praeesset, transiit ad Artabazum Asiae Satrapam, qui a rege Persarum defecerat, seque sua auctoritate cum universis copiis, quas sustentaret, aggregavit; unde magnam vim pecuniae, et, ut ex hoc nostro ipso loco videtur, more Persico Sigei reditus accepit. In Sigeo certe postea domicilium sibi constituit, ut Themistocli Lampsacum, „unde vinum sumeret," Artaxerxes donaverat. Diodor. Sic. L. XVI. c. 22. ibiq. Wess. Theopomp. ap. Athen. L. XII. p. 532. b. Corn. Nep. Chabr. c. 3. Themist. c. 10. ibiq. interprr. Stephan. Byzanz. s. v. Λάμψακος. Harpocr. s. v. Σίγειον.

[3]) Τὰ ὄντα i. q. verum. Xenoph. Anabas. L. IV. c. 4. §. 10: ἀληθεῦσαι τὰ ὄντα τε ὡς ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα, i. e. vera ut vera, et falsa ut falsa dicere.

[4]) Ἄθλα et λήμματα opponuntur; illa sunt certaminis praemia, haec lucra corruptelae. Vid. Indic Reisk.

s. vv. Imitatus est locum Ael. Aristid. Or. I. ad Theban. de Societat. Vol. I. p. 479. init. ed. Jebb. Cf. ad Phil. I. p. 41. §. 5.

[8]) Id est: non solum apud Philippum, sed omnino apud hostes, ut apud Persas.

[9]) Vid. Prolegg. §. 18. — *Πλοῖα συλᾶν*. vid. ad Dem. de pace p. 63. §. 25. n. 3.

§. 29. [1]) *Δοῦναι λόγον* h. l. non reddere rationem significat, sed. rationis reddendae facultatem dare, causam dicendi locum dare, defensionem audire. Dem. Timocr. p. 721. §. 65: *μηδ' δόντας λόγον μηδ' ἐθελήσαντας ἀκοῦσαι καταψηφίσασθαι τούτου.*

[2]) Ut procellam Timotheus et Iphicrates, penuriam Chares excusaverunt. Vid. §. 28. not. 2 citt. Phil. I. p. 54. §. 47.

[3]) Symmoriae censuum (*εἰσφορᾶς*), institutae Nausinico Archonte i. e. Olymp. C, 3, a quibus trierarchicae Symmoriae discernendae (de quibus ad Phil. I. p. 50. §. 36), erant collegia MCC ditiorum et ditissimorum Atheniensium, qui tributum extraordinarium ad rem militarem et ab imperatore quodam (*τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως στρατηγῷ*, Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 195) curatum, non solum ipsi pro se conferebant (*εἰσφέρειν*, de qua re vide Fr. A. Wolf. ad Leptin. Prolegg. p. XCIV. n. 71 et 72), sed etiam necessitate urgente pro pauperioribus civibus, unde repeterent et exigerent, interim pendebant (*προεισφέρειν*) totique rei ut videtur praeerant. Ratio autem Symmoriarum haec fuisse videtur: Singulae tribus (decem tribus erant Athenis) centenos vicenos ditissimos prodebant, ut universi mille ducenti essent; qui in duas partes, sexcenorum (Cf. Philemon. s. v. *συμμορία*

p. 141. ed. Osann.) singulas, alteram ditissimorum, ditiorum alteram, dividebantur; rursus ditissimi sexcenti in duas partes, trecenorum singulas, quarum prior erat inter omnes ditissimorum, quique simpliciter *οἱ τριακόσιοι* dicuntur, atque ea pars primam classem, posterior secundam efficiebat. Item reliqui sexcenti in duas classes dividebantur trecenorum ditiorum et minus divitum, quarum illa tertiam classem, posterior quartam efficiebat. Postremo singula harum quatuor classium fortasse, ut in trierarchicis Symmoriis, in minores partes, easdemque Symmorias appellatas, sexagenorum capitum erat divisa, quarum cuique praefuisse videtur, qui *συμμορίας ἡγεμών* dicebatur.

Demosthenes igitur: Olim, inquit, dividebatis vos in partes, ut tempestive pecunia penderetur; nunc vero, verbo Symmorias relinquentes, re tollentes, in partes i. e. in factiones reipublicae pro privato cujusque commodo et lucro gerendae discedite; nunc suum utraque tum rempublicam administrantium tum bellum gerentium (*ἑκατέρων*) factio habet principem eundemque oratorem. Boeckh. Oecon. Athen. T. II. p. 50. sqq. 59. sqq. Plutarch. infra §. 30. n. 2 citatus. — Catalogum quendam Oratorum ab altera parte stantium congerebat Olivier Vit. Phil. Vol. II. p. 41. not. 1. Cf. Wachsmuth. Antiqq. Hellen. Vol. II. p. 359. sqq.

[4]) *Οἱ ἐπαινοῦντες*. Ulpian. I. e. in concione oratorem, qui ipsorum rem et sententiam proponit, plausu et clamore laudantes.

[5]) *Οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προσθήκης μέρει ἐστὲ, οὐ ψηφίζοντες καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων καὶ τῶν τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες*. Wolf.

§. 30. [1]) I. e. remittite hunc partium ardorem. Accusativi pendent ab intellecto pronomine

person. ὑμᾶς, quod inprimis saepe omittitur post δεῖ. Viger. p. 206. b. Cf. supra §. 13. n. 1. et §. 27. init. cll. p. 19. §. 5. n. 1. — De Genitivo cum γίγνεσθαι vid. Matth. §. 315. p. 619. Ed. 2dae. Cf. Phil. I. p. 42. §. 7. n. 6.

2) Ii sunt duces et oratores. Plutarch. Phoc. c. 7. p. 182. T. IV. p. 306. R.: Ὁρῶν δὲ [Φωκίων] τοὺς τὰ κοινὰ πράττοντας τότε διῃρημένους, ὥςπερ ἀπὸ κλήρου, τὸ στρατήγιον καὶ τὸ βῆμα, καὶ τοὺς μὲν λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντας μόνον, ὧν Εὔβουλος ἦν καὶ Ἀριστοφῶν καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος καὶ Ὑπερίδης, Διοπείθη δὲ καὶ Μενεσθέα παὶ Λεωσθένη καὶ Χάρητα τῷ στρατηγεῖν καὶ προςπολεμεῖν αὔξοντας ἑαυτούς. Idem de fraterno amore p. 486, 20. T. VII. R.: — συνεργοῦσιν ἀλλήλοις — Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Εὔβουλος καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης, οἱ μὲν λέγοντες ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντες, οἱ δὲ στρατηγοῦντες καὶ πράττοντες. Aeschin. c. Ctes. p. 389. sq. §. 7: χρὴ — ὑμᾶς μισεῖν τοὺς παράνομα γράφοντας — μήτε (ἐᾶν) ἰὰς τῶν στρατηγῶν συνηγορίας, οἳ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντές τισι τῶν ῥητόρων, λυμαίνονται τὴν πολιτείαν, — ἐκφεύγουσιν ἐκ τῶν δικαστηρίων, παράνομον πολιτείαν πολιτευόμενοι.

p. 27. 3) Genitivus pendere videtur ab ἐπιτάττειν, quod aliàs cum Dativo conjungitur, ut τυραννεύειν τινός. Matth. Gr. gr. §. 337. Schweigh. Lex. Herod. s. v. τυραννεύειν. Apollon. Rhod. L. III. c. 32. p. 289. ed. Sylb.: Βασιλεύω τούτων, ἡγεμονεύω, στρατηγῶ, τυραννῶ, — κυριεύω, δεσπόζω, κρατῶ, ἄλλα πλεῖστα τῆς ἴσης διανοίας ἐχόμενα. Ansam ejusmodi structurae dare videtur propinquus Genitivus, ut Xenoph. Cyrip. Lib. I. cap. 1. §. 2: ὧν ἂν ἐπιστῶσι ζώων —, τούτων rel. Est autem verbum ἐπιτάττειν magis tyranni et imperatoris,

quam civis. Anonym. ap. Suid. s. v. *Δανίδι: προστάττειν, ὡς δεσπότης.* Inde solemnis formula de tyranni de est *ἐξ ἐπιτάγματος.* Demosth. fals. leg. p. 399. §. 185: *ἐν ἐκείναις γὰρ (ὀλιγαρχίας ἢ τυράννου) ταῖς πολιτείαις πάντ' ἐξ ἐπιτάγματος ὀξέως γίγνεται.* Wyttenb. ad Julian. Orat. p. 20. C. p. 179. ed. Schaef.

4) *Ἀποδιδόναι· ἀπονέμειν.* Budaei Comm. p. 634.

5) Intellige divites.

6) Intellige plebem inopem. Isocrates iniquam miseramque omnium et divitum et pauperum Atheniensium conditionem exposuit his: *τὸ δὲ πλῆθος ἡμῶν, οὗ κήδεσθαί φασιν, οὕτω διακείμενον, ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν ζῆν ἡδέως μήτε ῥᾳθύμως, ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν. οἱ μὲν γὰρ τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι καὶ θρηνεῖν πρὸς σφᾶς αὐτούς, οἱ δὲ τὸ πλῆθος τῶν προσταγμάτων καὶ λειτουργιῶν καὶ τὰ κακὰ τὰ περὶ τὰς συμμορίας καὶ τὰς ἀντιδόσεις, ἃ τοιαύτας ἐμποιεῖ λύπας, ὥστ' ἄλγιον ζῆν τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἢ τοὺς συνεχῶς πενομένους.* De pace Vol. II. p. 254. cap. 40. §. 127. sq. In hoc, quod omnes partes civium in eodem jure et eodem onere haberentur, postulat Demosthenes, labentis reipublicae ruinam sustenturum, universos servaturum Oratorem et Platonis discipulum agnosce. Plato saltem (de Repl. L. IV. p. 420. b. c. 1) hoc quasi fundamentum ponit: *Οὐ μὴν πρὸς τοῦτο βλέποντες, τὴν πόλιν οἰκίζομεν, ὅπως ἔν τι ἡμῖν ἔθνος ἔσται διαφερόντως εὐδαιμον, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις, — — ἀλλ' ἄρει, εἰ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδιδόντες, τὸ ὅλον καλὸν ποιοῦμεν.* ibiq. Ast. Comm. p. 477. cf. Plat. Legg. L. IV. p. 715. c. cap. 7. Eos similesque respexit Cicero Off. L. I. c. 25: „Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem

inducunt, seditionem atque discordiam; ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae discordiae.“

§. 31. [1]) Universos, quibus hoc onus impositum esset, etiam pauperiores, nisi legem theatralem antiquarent, extraordinarium tributum conferre (εἰσφέρειν) jubet (λέγω), pro suo quemque censu (τὸ ἴσον). Boeckh. Oecon. T. II. p. 73. sq. Cf. Olynth. III. p. 38. §. 34.

[2]) I. e. Oratoribus.

[3]) I. e. dicendi facultatem.

[4]) Cf. Olynth. I. p. 9. §. 1. n. 8.

In Libanii Argumentum Olynthiacae III.

p. 27. §. 1. [1]) Si haec oratio est secunda, expeditio facta est Charidemo duce, qui Theopompo teste (apud Athenaeum L. X. p. 436. c) Olynthi est commoratus. Vid. Proleg. §. 30.

[2]) I. e. percutit, retundit animos. Bud. Comm. p. 891. Sopater ad Hermogenem cit. Rsk. p. 313, 6: *Δεῖ τὸν ἔμφρονα ῥήτορα θαῤῥοῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι, φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὰ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, ὅπερ καὶ ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν ἐκ προοιμίων ποιεῖ.*

[3]) De vi hujus vocabuli vid. h. Orat. p. 28. §. 1.

p. 28. §. 2. [1]) In secundâ hujus orationis parte p. 31. §. 10. sqq.

§. 3. [1]) In tertiâ parte p. 35. §. 28 sqq.

In Demosthenis Olynthiacam III.

§. 1. [1]) *Παρίστασθαι*, in mentem venire, subire, videri, placere. Quam significationem ex Oratoribus et ex ipso Demosthene explicuit d'Orvill. ad Charit. p. 391 ed. Amstel. p. 437 sq. ed. Lips.

[2]) Variare amant Praepositionem. Xenoph. Hellen. L. IV. init. *ὡς, εἰ ἔλθοι πρὸς τὴν Παφλαγονίαν σὺν αὐτῷ, τὸν τῶν Παφλαγόνων βασιλέα ἐς λόγους ἄξοι. — Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Παφλαγονίαν κ. τ. λ.* Id Cyrip. L. VI. c. 3. §. 22 (vulgo 71): *εἰς τοσούτους τεταγμένοι, πρὸς οὕτω βαθεῖαν φάλαγγα,*

[3]) Sic M. Cato (in Catilinario c. 52), verba Demosthenis Salustio paene interpretato: „Longe mihi, inquit, alia mens est, P. C., quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo.“ *Παρῳδεῖ* nostrum locum Lucianus: *Οὐχὶ ταὐτὰ δέ μοι παρίσταται γιγνώσκειν, ὅταν τε εἰς ἃ πέπονθα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς οὗτος ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα ὄψεσθε, ὥστε, ὅπως μὴ χεῖρόν τε πείσωμαι πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δέον.* Bis Accus. c. 26. T. VII. Bip.

[4]) Verba sentiendi facile inter se permutantur. Rüdiger. ad h. l. Interprr. ad Soph. Oed. C. v. 135. p. 259. Hell. — *Τιμωρήσασθαι.* A. Gell. N. A. L.

VI. c. XIV. §. 8: „Altera (causa puniendi) est, quam — τιμωρίαν appellant. Ea causa animadvertendi est, cum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animadversio contemtum ejus pariat et honorem levet: idcirco id vocabulum a conservatione honoris [τιμῆς] factum putant."

5) Δέον sc. εἶναι s. ἐστί i. q. δεῖ s. δεῖν. Ita δέον Infinitivis apponitur. Isocrat. Panegyr. Vol. I. p. 166. Auger. p. 54. Lang. §. 11. ibiq. Spohn cap. 2. p. 13: ὥςπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους (sc. τοὺς λόγους) δέον ἔχειν. Xenoph. Anab. L. VI. c. 4. §. 15: ἀνέκραγον, ὡς οὐδὲν δέον ἄγειν. Cyrip. L. VII. c. 5. §. 16 (§. 46 Schn.): τὰ τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐγίγνωσκον ὄντα, ὡς μὴ ὑστερίζειν δέον. Eodem modo adhibetur δεῆσον. Bud. Comm. p. 18. Lex. Xenoph. s. v. δεῖ. n. 2. h. T. I. p. 630. b. cf. D'Orvill. l. l. p. 670 Amst. p. 610 init. Lips.

6) Ordo verborum: οἱ οὖν τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκοῦσί μοι οὐδὲν ἄλλο sc. ποιεῖν (Lamb. Bos. Ellips. p. 383. p. 646 Sch.), ἢ ἁμαρτάνειν, παριστάντες ὑμῖν οὐχὶ τὴν οὖσαν (i. e. veram) πρόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε. Erat autem verum argumentum concioni propositum, Olynthios strenue juvandos esse; quo clamosi oratores omisso ad Philippum ulciscendum hortabantur. (Cf. Aristocr. p. 621. §. 1. et 2). In Primâ Olynthiacâ (p. 14, §. 17) suadet Orator, et Olynthios defendendos esse et Macedoniam vastandam bipertitis copiis, ad quas autem expeditiones major, quam Athenienses volebant, opus erat exercitus.

§. 2. 1) Δηλοῖ τοὺς καιρούς, ἐν οἷς Ἀμφίπολιν εἶχον καὶ Ποτίδαιαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης. Ulpian. Significari videtur ab Oratore id ipsum tempus, quo Athenienses ex Euboea victores reversi, copias habebant instructas, quo Amphipolitae suam urbem offerebant,

quo Olynthii amicitiam ipsorum quaerebant paulo ante Amphipolim captam. Olymp. CV, 3. Vid. Prolegomena §. 15 et 16. Et ipse Demosthenes aperte loquitur Olynth. I. §. 8 et 9. et in hac oratione III. §. 5, quibus locis praeter eam occasionem, quam nos modo indicabamus, duas alias ille amplificat:

1) Quum Pydnam, Potidaeam, Methonem, Pagasas, reliquas a Philippo oppugnari nunciaretur.

2) Quum in Heraeo oppugnando aegrotaret.

2) Non revera sunt ulti Athenienses Philippum nec sua retinuerunt, sed modo potuissent, si voluissent. *Γέγονε* (h. l. i. q. superius *ἐξῆν*) in Perfecto dixit de statu et conditione, non *ἐγένετο* in Aoristo, quo factum esse significaret.

p. 29. 3) Verba sic ordina: *πέπεισμαι μέντοι, προλαβεῖν* (i. e. *κατεργάζεσθαι πρὸ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον*) *τὴν πρώτην* (i. e. *τὸ πρῶτον*) *τοῦτο, ὅπως σώσωμεν τοὺς συμμάχους, εἶναι νῦν ἱκανὸν ἡμῖν.* Wolf. *Προλαβεῖν· ὥςπερ ἐπὶ δρομέων εἶπεν ἐπειγομένων διὰ τάχους προαρπάσαι ἄθλον κείμενον ἐν μέσῳ, ἵνα ἄθλον μὲν νοήσωμεν τὴν Ὄλυνθον, δρομέας δὲ Φίλιππον καὶ Ἀθηναίους.* Ulpian.

4) Intellige Philippum.

5) *Ἀρχὴν καλεῖ σῶσαι τοὺς Ὀλυνθίους, τέλος δὲ τὸ τιμωρήσασθαι Φίλιππον. Ἀκόλουθον τῇ ἐξ ἀρχῆς προτάσει τὸ συμπέρασμα, γνωμικὸν ὄν, σεμνὴν τὴν βάσιν τῷ προοιμίῳ πεποίηκε. Δεῖ γὰρ ἐν μὲν ἀρχαῖς τῶν προοιμίων τὰ γνωμικὰ φυλάττεσθαι, τὸ δὲ ἐπὶ τέλει γνωμικὸν ἐπισφραγίζεται τοὺς ἐν μέρει λογισμοὺς τῇ καθόλου προσθήκῃ.* Ulpian. Orator cum Philosopho comparandus Platone Cratyl. p. 436. d. T. III. Bip: *Δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι καὶ τὴν*

πολλὴν σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς εἴτε μὴ ὑπόκειται. ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς, τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. Cf. Olynth. II. p. 21. §. 10. Olynth. III. p. 34. sq. §§. 22. sqq.

§. 3. [1]) Ἀκατάσκευον εἶπε τὸ προοίμιον [scil. τοῦτο τὸ δεύτερον], ἵνα ὡς ὁμολογούμενον λάβῃ τό, ὅτι πολλῆς φροντίδος δεῖται τὰ πράγματα [scil. περὶ τῶν θεωρικῶν] Ulpian. — Aristides, cujus locum citare oblitus est Reiskius, Orat. Plat. I. Rhetor. Vol. II. p. 43. Jebb., h. l. citat ut exemplum, quo orator populo non serviat, sed optima quaeque dicat. Adde etiam Gregor. Cor. in Reiskii Or. Gr. Vol. VIII. p. 967. Cf. Lucian. Amor. cap. 29.

[2]) Δίδωσι καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ἐνίοις λέγειν τῇ πόλει τὰ χρήσιμα, ἵνα μὴ, πάντα εἰς αὐτὸν ἀνάγων, φορτικὸς εἶναι δοκῇ. Ulpian.

[3]) Metaphora sumta est a venatu; amat hoc verbum Demosthenes. Vid. Reiskii Ind. s. v.

[4]) Timocrat. p. 668. §. 145. extr.: πολλὰ γὰρ γιγνώσκοντες ὀρθῶς, ὑμεῖς οὐ διὰ τέλους αὐτοῖς χρῆσθε.

[5]) De detrimento, quod afferebant blandi demagogi, vide infra §. 22.

§. 4. [1]) Dem. Timocr. p. 704. §. 15: Ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν. — Proxime τρίτον — τουτί est Accusativus significationis: ante. Matth Gr. gr. §. 425. 2. d. Vid. Zonaras s. v. Τρίτην p. 1745. n. 85. Tittm.

[2]) Prolegomen. §. 29. Cf. Olynth. I. p. 11. §. 9. n 5.

[3]) Menses Attici, ut hoc semel dixerim, (diebus hujus anni, quo illa res evenit, Olymp. CVII. 1, secundum nostrum Calendarium adjunctis) ita sese excipiebant:

Olymp. CVII, 1.

Hecatombaeon	3 Jul.	—	1 Aug.	ante Chr. 352.
Metageitnion	2 Aug.	—	31 Aug.	
Boedromion	1 Sept.	—	29 Sept.	
Pyanepsion	30 Sept.	—	29 Oct.	
Maemacterion	30 Oct.	—	27 Nov.	
Posideon I.	28 Nov.	—	27 Dec.	
Posideon II.	28 Dec.	—	25 Jan.	ante Chr. 351.

Qui septies in Ennedecaeteride: (anno 3, 5, 8, 11, 13, 16 et 19) accedebat intercalaris. Est autem hic Olymp. CVII, 1. annus intercalaris.

Gamelion	26 Jan.	—	24 Febr.	
Anthesterion	25 Febr.	—	25 Mart.	
Elaphebolion	26 Mart.	—	24 April.	
Munychion	25 April.	—	23 Maj.	
Thargelion	24 Maj.	—	22 Jun.	
Scirophorion	23 Jun.	—	21 Jul.	

Vid. Ideler. Chronol. Handbuch. p. 383 et 386. Quocum aliae Tabulae non consentiunt, ut in: Art de vérifier les dates avant Jes. Chr. Vol. III. p. 202. quibus hic annus incipit 14. Jul. et proximus 3. Jul.

*) Ex illo conatu Philippi consilium intelligentes et frumento adventitio timentes, Athenienses ipso hiberno tempore expeditionem decreverunt maxime tumultu, qui nonnunquam in concionibus resonabat. Plat. Rep. L. VI. c. 6. p. 492. med. T. VII. Bip.: *Ὅταν, ξυνκαθιζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ ἐς ἐκκλησίας ἢ ἐς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον, ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα, καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες,*

πρὸς δ' αὐτοῖς αἱ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι rel. cf. Demosth. f. l. p. 348. §. 23. et p. 378. §. 122. Aristoph. Acharn. v. 38. Liban. Vit. Demosth. p. 4. §. 4. ibiq. citt. Barthél. Anach. Vol. II. c. XIV. p. 306. sqq. Hos clamores numero verborum indicasse videtur Demosthenes. Longinus fragm. III. §. 4, ubi versus metro simillimos, quos amet Orator, ob solutam pronunciationem auditum latere docet, exempli causa nostrum ipsum locum citat: Ἰωνικὸν, ὅταν λέγῃ:

Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν.

Cf. Olynth. I. §. 5. n. 1. p. 10. Schol. ad Hephaest. Enchir. p. 76 Pauw.

[5]) Militum numerum et aetatem concio, quotiescunque expeditio erat decreta, jubebat et definiebat; militiae vero foris sustinendae Athenienses erant obnoxii per XL annos, οἱ ἐν τῷ καταλόγῳ, ab aetatis (ἡλικίας) anno vicesimo ad sexagesimum: sexagenariis demum vacatio dabatur, ἦσαν ὑπὲρ τὸν κατάλογον. Schoemann. Comitt p. 282. Barthél. Anach. T. II. c. X. p. 196. n. 2. ibiq. citt. inprimis Taylor. ad Lysiam. c. Andoc. p. 124 sqq. p. 244. sqq. ed. Reisk. Krüger. ad Dionys. Hal. de Thucyd. c. XVIII. §. 6. p. 109, qui idem addidit Wessel. ad Diodor. L. XI. c. 84. T. IV. Bip. Lucchesini ad Demosth. Phil. I. Annott. historr. p. 260 sqq. ed. Rom. Goeller ad Thuc. Lib. VI. cap. 43.

[6]) = 86 860 Thal. = 156 349 Flor. Vid. Wurm. Ration. Tabb. XIII. p. 207. XIV. p. 209. XV. p. 211. Cf. Boeckh. Oecon. T. I. p. 16.

§. 5. [1]) Olymp. CVII, 2.

Hecatombaeon 22 Jul. — 20 Aug. ante Chr. 351.
Metageitnion 21 Aug. — 18 Sept.
Boedromion 19 Sept. — 18 Oct.

Ideler. l. l. „Ceterum in notatione temporis Orator familiaris sermonis simplicitatem passim exprimit.“ Schaefer. H. l. intelligendum videtur: *διῆλθε*.

[2]) Intelligenda sunt Eleusinia magna, quotannis 15 — 23 diebus Boedromionis celebrata et nude *τὰ μυστήρια* dicta. Potter. Arch. Vol. I. p. 851. Creuzer. Symb. T. IV p. 493. sq. et p. 524 sqq. ed. 2dae. Addit Demosthenes mysteria, ut serum tempus ostenderet.

[3]) Quum Athenienses etiam Demosthenis aetate CCC — CCCC triremes instruere potuissent. Boeckh. Oecon. T. I. p. 179. sq. p. 290. sq. Dem. fals. leg. p. 369. §. 89. cf. Phil. I. p. 51. §. 40. Comparandum cum hujus aetatis desidia certamen in exstruendâ expeditione Siculâ. Thucyd. Lib. VI. c. 31.

[4]) *Κενὰς ναῦς*, inanes et vacuas naves civitas, quae suis civibus completas triremes XL decreverat, decem tradidit Charidemo mercenariis complendas. Cf. Thucydid. L. VI. c. 31, ubi *κεναὶ ναῦς* publice exstructae, sed nudae, quae a trierarchis complendae essent, opponuntur *ταῖς πληρέσι*. Nec quidquam aliud significat *κενὴ ναῦς*, nisi nudam navem. Cf. Boeckh. l. c. T. II. p. 90. sqq. Diodor. S. Lib. XIII. c. 2. — Duces isti, quales fuerunt Charidemus, Chares, alii, ipsi venales mercenariis suis naves complebant. Cf. Barthél. Anachars. Vol. II. c. X. p. 213 — 214, et hujus pag. not. 1. citt.

p. 30. [5]) Charidemus, cujus historia narratur in Aristocrateâ oratione, Orita Euboeensis in calliditatis, perfidiae et fortitudinis artibus peritiâque et hostili animo in hos ipsos Athenienses simplices nemini cessit nisi Philippo. Orita iste, obscuro patre oriundus, nedum civitate Oritanâ ornatus, quum adolevisset, regnum Thraciae appetebat, Cotyis gener (Barbeyrac. Hist. Foeder. T. I. p. 215. n. 10. cf. Vogel Biogr. Vol. II. p. 269), unde Iphicratis affinis. Vide de isto duce Prolegom. passim et de nostro loco §. 29. Alii aliena confundentes, existimant, eo tempore Charidemo ad auxilium contra Amadocum et Berisadem a Philippo adjutos ferendum hanc expeditionem mandatam esse. At vid. Proleg. §. 27.

[6]) = 7238 Thal. = 13029 Flor. ex tabulis Wurmii. Cf. ad §. 4. n. 6. Ἀργυρίου i. q. argenti signati. Boeckh. Oecon. T. I. p. 25. n. 88. et T. II. p. 218. sq. Τάλαντον ἐπισήμου ἀργυρίου, Aelian. V. H. Lib. I. cap. 22. ibiq. Periz. Ad quod significandum solent scriptores vocabulo τάλαντον adjicere ἀργυρίου. Vid. D'Orvill. ad Char. p. 144 Amst. p. 286 Lps

[7]) Fortasse ex vulnere in Methone oppugnandâ accepto et militiae laboribus. Cf. ad Olynth. I. p. 11. §. 9. et p. 12. extr. et sq. §. 12. sq. Aeschines quidem narrat, ipsum Demosthenem per speculatores a Charidemo missos de morte Philippi Olymp. CXI, 1 certiorem esse factum, c. Ctesiph. p. 467. sq. R.

[8]) I. q. nunciatum est. ἦλθε de epistolis et nuntiis non raro adhibetur. Xenoph. Agesil. c. VIII. §. 3. c. VII. §. 5. Schweigh. Lex. Herod. s. v. ἔρχεσθαι init.

[9]) Namque illam exiguam Charidemi expeditionem nullam fuisse aestimat Orator. — Ἀπόστολος explic. Phil. I. p. 50. §. 35. n. 5.

§. 6. [1]) Tangit sententiam: in facto quod infectum fieri non possit acquiescendum, ex Homerico (Il. 6. v. 112. ibiq. Clark.)

Ἀλλὰ τὰ μὲν πρηνεύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, natum et saepe repetitam; collectis ab Erasm. Adag. p. 581. ed. Hanov. fol. platonicum addamus: Τὸ γενόμενον ἀεὶ γέγονεν. Soph. p. 245. d. Vol. II. Bip. Ejusd. Protag. p. 324. A. Vol. Bip.: οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη οὐδείς. Cf. Philipp. I. p. 44. § 14. et Ulpian. ad n. loc. — Cf. Olynth. I. p. 11. §. 9. n. 9.

[2]) Ἐρώτησιν προθεὶς, οὐκ ἐπήνεγκε τὴν ἀπόκρισιν: βοηθήσομεν. Ulpian.

[3]) Locutio pleonastica videtur, non vere est; namque auget gravitate orationem, omni modo propositum urgentem. Simile est in Demosthenicâ Philipp. IV. p. 146. extr. §. 59: ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης. Schaef. Isocrat. de Permut. p. 52. Orell. cap. 25. §. 70: παρασκευάζων καθ' ὅσον ἠδυνάμην τὴν πολιτείαν αὐτοῖς ὡς οἱόνγε πραοτάτην. In quibus locutionibus alteram delendam esse jubet Corai q. vide ad h. l. p. 246. At cf. Orelii. ad h. l. p. 246.

[4]) Odioso verbo utitur, quasi Athenienses Philippi mercenarii duces et mancipia essent; quod et turpe est et perniciosum. Wolf. Cf. p. 37. §. 34. n. 1.

§. 7. [1]) Cf. Olynth. II. p. 18 §. 1.

[2]) Θαῤῥεῖν τινα e Platonis usu (vid. Heind. ad Phaedr. c. 35. p. 228.) i. q. securum esse ab aliquo, non metuere aliquem, nihil mali sibi ab eo metuere, eum aggredi audere; quod imitatur Statius Theb. v. 573: Terrigenas confisus avos, ibiq. Gronov. Cf. Budaei Comm. p. 1060. Sturz. Lex. Xenoph. s. v. Θαῤῥεῖν et Θαρσεῖν. Matth. Gr. gr. §. 414. nro. 12. p. 757 sq. Ed. 2dae

8) *Πράττειν εἰρήνην* i. e. strenue de pace transigere, contendere, ut fiat pax. Dem. fals. Leg. p. 345. §. 15: *ἐμοῦ τὴν εἰρήνην, ὅπως ἴση καὶ δικαία γένηται, πράττοντος*. Xen. Hell. L. III. c. 4. §. 6: *ἢ μὴν πράξειν ἀδόλως τὴν εἰρήνην*. Cf. Ages. c. I. §. 11. Budae. p. 304. Viger. p. 291. ed. Herm. De re vid. ad Liban. Arg. in Olynth. I. p. 7. §. 1. n. 10.

4) I. q. *ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀλλήλους*.

5) I. e. *καὶ τοῦτο* (sc. *πόλιν μεγάλην* rel.) *δυσχερές τι ἐμπόδισμα*. Matth. Gr. gr. §. 620. d. p. 1258. Ed. 2dae.

6) *Ἐφορμεῖν* de navibus, quae in anchoris stant occasionibus eventibusque excubantes et intentae. D'Orvill. ad Charit. p. 317. sq. Amst. p. 392 sq. Lips. Harpocr.: *Ἐφορμεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐφεδρεύειν. τὸ μὲν γὰρ κατά τινων ὁρμᾶν ἐπιτηροῦντας καιρὸν ἐπιθέσεως οὕτως ἔλεγον. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς*. indeque Suidas. *Τοὺς καιροῖς ἐφορμεῖν* et *ἐφεδρεύειν*, quorum illud navalis, alterum pedestris militiae, est Demosthenica dictio, quam alii sunt imitati. Wyttenb. ad Julian. p. 31 B. p. 37 sq. Cf eund. ad Plut. S. N. V. p. 63. et Dem. de pace p. 60. §. 15. n. 4. D'Orvill. ad Charit. p. 318 Amst. p. 392 Lips. q. cit. Taylor in schedis. Harpocr. Zonar. Phot. s. v. *ἐφ' ὁρμήν*. p. 44, 2. *Καιροὶ ἑαυτοῦ* h. l. incommoditates, quibus premeretur.

7) Cf. Olynth. I. p. 10. §. 7. n. 2.

8) I. e. quacunque ratione, quam commemorare nunc non attinet. Olynth. I. loc. cit. *γέγονεν αὐτόματον*.

§. 8. 1) Negatio non ad proximum *φόβόν*, sed ad remotum *μικρόν* pertinet.

2) Solemnis loquendi ratio, quando sermo est de re, quam disertius eloqui nolis. Schaef. ad h. l. Vide nunc quoque Fritzsche Lucian. p. 159.

3) Vid. ad Olynth. I. p. 16. §. 26. n. 1.

[4]) Ἀπειρηκέναι (in Praes. inusitatum, usitatissimum in Perfect. Act. et Pass., et in Fut. II. Act.) proprie abdicare, spem alicujus rei abjicere, re desperatâ desinere; inde laboribus defatigatum esse, viribus concidisse, animum despondisse (τὴν ψυχὴν) ἀπολέγεσθαι. Verte h. l. pecuniae inopiâ fractis exanimatisque. Budaei Com. p. 50. et p. 604. Lex. Xenoph. s. vv. ἀπειπεῖν et ἀπειρηκέναι. Steph. Thes. Pars XXII. p. 3621 sq. [p. 1149] ibiq. citt. Baehr. ad Plutarch. Pyrrh. c. XVIII. p. 198. Quanti constiterit bellum Phocense, vel hinc intelliges, quod decem millia Talentùm ex vasis et signis sacris cussa in hoc bellum impenderant. Boeckh. Oecon. T. I. p. 11. ibiq. citt. Praeterea Lacedaemonii jam bello exorto (Olymp. CVI, 2) XV Talenta dederant Philomelo, qui totidem de suo adjecit. Diodor. XVI, 24.

[5]) Τὰ παρόντα πράγματα intellige Olynthum, cui opponuntur ταῦτα τὰ πράγματα i. q. Attica.

[6]) Ἐγκλίνειν, i. q. ἐπικεῖσθαι (sc. τὸν Φίλιππον) et addito et omisso ἑαυτόν, intransitive usurpatur, Aristid. Vol. I. p. 99. l. 1. ed. Jebb.: τοσοῦτον (ἡ πόλις) πρὸς θάλασσαν ἐπικλίνουσα. Pausan. L. IX. c. 30. §. 5: ποιμὴν ἐπικλίνων αὑτὸν πρὸς τὸν τάφον, Philostrat. Heroicc. p. 738 ed Olear. p. 226 ed Boisson.: ξίφει τε αὐτὴν ἐπικλῖναι. Eodem modo Latini inclinare. Vid. Heusing. ad Vechner. Hellen. p. 76 et p. 79. not a. ibiq. citt. Viger. p. 183. a. Ceterum observandus hic est usus tralatitius, quo oppositum ἀπέκλινεν Olynth. I. p. 13. §. 18, et ἐγκλίνειν Aristid. Vol. I. p. 162. med: οἱ Λακεδαιμόνιοι εὐθὺς ἐγκλίναντες i. q. animum despondentes. Qui idem Sophista nostrum respexisse videtur ibid. p. 178 vers. finem: ἐπεὶ δ' ἐκλιναν τὰ πράγματα, οὐδὲν ἦν ἐμποδὼν Φιλίππῳ.

p. 31. §. 10. [1]) Hactenus opem ferendam esse Olynthiis, quia sit et necessarium (*τὸ ἀναγκαῖον*) ad vitandum dedecus et utile (*τὸ συμφέρον*) ad incolumitatem Atticae, docuit. Nunc ad locum facultatis (*τὸ δυνατόν*) transit. Nam voluntas quidem adversandi Philippo non deerat Atheniensibus; sed deerat nervus belli, pecunia, quam vulgus in spectaculis consumebat. Qui locus quia odiosus est et plenus offensionis neque etiam periculi capitalis expers, longâ insinuatione tandem eo pervenit, ut dicat, abrogatâ lege theatrali pecuniam ad belli sumtus non defuturam. Haec Wolfius secundum Ulpianum, qui pergit: *Ἐπειδὴ, τοῦ ἀκροατοῦ προσδοκῶντος ἀκούειν περὶ πολέμων, αὐτὸς περὶ νομοθετῶν μέλλει λέγειν, διὰ τοῦτο προθεραπεύει τοὺς πολλοὺς [πρὸς τὰ θεωρικά]*. Cf. Bremi ad h. l. Inter exempla *τῆς προδιορθώσεως* hoc Technici retulerunt. Schaef. ad h. l. ibiq. citt. Ceterum de Theoricis vid. Liban. Arg. Olynth. I. §. 2. n. 6.

[2]) Legibus (*νόμοις*) novis rogandis veteribusque abrogandis Nomothetae anno quoque ineunte, quo eodem tempore legum censura solemnis (*ἐπιχειροτονία νόμων*) peragebatur, ex Heliastis a populo seligebantur, spatio temporis ad hoc munus et numero Nomothetarum (nonnunquam fortasse ad mille) ab eodem populo pro legum examinandarum multitudine causarumque diversitate praestituendo. Apud hos Nomothetas, ut judices, a rogatoribus, suasoribus, defensoribus disceptabatur; ubi satis ab utrâque parte disputatum erat, Nomothetae, sententias a Proëdris rogati, porrectis manibus suffragium inibant. Nulla lex vetus (*κείμενος νόμος*) tolli neque nova (*παρεισφερόμενος*) in illius locum subrogari poterat, nisi apud Nomothetas (*ἐν Νομοθέταις*). Sed praeterea aliis quoque temporibus, si opus erat, Nomothetae extraordinarii constituti

(καθίσαι) esse videntur, cujus rei documentum nostrum ipsum Demosthenis locum habere licet, namque legitima atque ordinaria Nomothetarum creatio non erat roganda. Schoemann. de Comitt. L. II. c. 7. p. 248 — 272.

3) Ἐν, per. Matth. Gr. gr. §. 577. p. 1141. Ed. 2dae.

4) „Corruptissimâ republicâ plurimae leges" (Tacit.); qua quoque corruptelâ Athenae laborabant. Isocrates in Areopagitico, quo comparat veterem et bonum reipublicae statum cum posteriore suae aetatis et deteriore hoc inserit: τά γε πλήθη — τῶν νόμων σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτήν. Vol. II. p. 122. ed. Auger, cap. 16 Lang. §. 40. Bkk. — Idem de pace Vol. II. p. 202. cap. 17. §. 50: πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους, ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν. Demosth. Aristocr. p. 649. §. 87: ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων. Multitudinem legum vel ex Thesmothetarum officio eas exeunte anno accurate disquirendi et recognoscendi concluseris. Schoem. l. l. p. 259 sqq.

§. 11. 1) Παῤῥησία fiduciam causae prae se ferens. Wolf. Cf. Olynth. I. p. 14. §. 19 sq.

2) Ne offendat nos articulus; certas enim quasdam leges, reipublicae noxias totique populo notissimas significat Orator, puto leges de Vacatione, quales hae sunt: Ἀτελείαν εἶναι τῆς στρατείας τοῖς τέλος χρεμένοις. Τοὺς τῷ Διωνύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι. Pauperes quoque et infimae classis cives nisi necessitate urgente militiâ vacabant. Petit. Legg. Att. L. VIII. Tit. I. p. 546 sq. et Tit. II. p. 555 sqq. Vid. quoque Ulpian. Cf. tamen nunc Fritzsche Lucian. Quaestion. p. 110.

3) I. q. ὡς θεωρικά. De qua particulâ omissâ cf. Schaef. ad h. l.

4) Quicunque militiam detrectabant, militarem legem et disciplinam violabant vel turbabant, ἀταχτοῦντες dicebantur, in quos actiones ἀστρατείας, ἀναυμαχίου, λειποστρατίου, λειποναυτίου, λειποταξίου, δειλίας intendi et poena infamiae postulari licebat. Meier. et Schoem. Attisch. Process. L. III. c. 1. §. 9. p. 363 sq. De hac significatione verbi ἀταχτεῖν vid. Lex. Xenoph. s. v. Suid. s. v. Ἄταχτοι.

5) Demosthenes, quod dicit, se non dicere simulat; se dicturum esse pollicetur periculo remoto, cui caput subduxit cautissime, quippe qui istarum legum abrogationem verbo tantum innueret absque formulis rogandi solemnibus.

6) Οἶδ' ὅτι, ἴσθι ὅτι, et h. l. πάντες ἴστε ὅτι pro particulis affirmandi interponuntur, vel maxime a Nostro. Viger. Idiot. p. 268 sq. Demosth. Androt. p. 597. §. 14: ἃ πάντες ἑωράκατε, ἴσθ' ὅτι — ἐβοηθήσατε.

§. 12. 1) Ἀντίπιπτον λύει, ἵνα μή τις εἴπῃ: Τί οὖν ὀκνεῖς σύ, ὦ φιλόπολις, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν; ἐπανάγει: οὐ μόνον οὐκ ὠφελήσω, ἀλλὰ καὶ βλάψω, φοβερώτερον καθιστὰς τὸ βῆμα τοῖς βουλομένοις παρρησιάζεσθαι. Ulpian.

2) Τὰ πράγματα, rempublicam, reipublicae administrationem, statum. Budaei Comm. p. 307. sq.

3) Μᾶλλον comparativo nonnunquam additur, cujus usus exempla congesserunt Interprr. ad Thom. M. p. 596. Dawis. ad Cic. Nat. L. II. c. 13. Matth. Gr. §. 458.

4) Καὶ — γε amplificat, addit enim praecedentibus graviora: et vero, atque adeo. Hoogev. p. 287. sq. ed. Sch. Ordo verborum hic est: δεῖ ἀξιοῦν, τοὺς αὐτοὺς, οἵπερ τεθείκασι (Eubulum ejusque socios

Liban. Arg. Olynth. I. p. 8.), *καὶ λύειν τούτους τοὺς νόμους.*

p. 32. §. 13. [1]) Sc. *τούτους τοὺς νόμους.*

[2]) Philipp. I. p. 51. §. 38: *εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται· αἰσχρόν ἐστι* rel. Isocr. de pace Vol. II. p. 196. §. 38: *ὁρῶ δ' ὑμᾶς χαλεπώτερον διατιθεμένους πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν γεγενημένους.*

[3]) I. q. tam potentem (infra p. 36. §. 28), ut tyrannus sit judicandus, qui populi injussu leges abroget. *Ἄντιπτον ἔλυσεν: Ἀλλὰ διὰ τί οὐ σὺ λύεις τὸν νόμον, μηδὲν εὐλαβηθείς; Ἀπήντησεν οὖν διαλημματικῶς: Εἰ μὲν οὐ δώσω δίκην, λύσας τοὺς νόμους· τυραννικὸν τὸ τοιοῦτον. εἰ δὲ ἀνάγκη κινδυνεύειν· πῶς οὐκ ἀνόητος ἔσομαι εἰς πρόδηλον (προὔπτον) κακὸν ἐμαυτὸν ἐμβάλλων.* Ulpian.

[4]) Nostrum locum respicere videtur Pollux Onom. Lib. II. §. 59.

§. 14. [1]) De Atheniensium alacritate decernendi, gerendi languore multus est Noster. Cf. modo Olynth. II. p. 21. §. 12. Phil. I. p. 45. §. 19. n. 3. De pace p. 57. §. 2. Contra vide prudentem reip. administrandae rationem Aristot. ad Nicom. Lib. VI. cap 9 (10). Vol. IX. p. 106. Sylb. ibiq. Zell. Vol. II. p. 230: *βουλεύονται δὲ (οἱ φρόνιμοι) πολὺν χρόνον, καὶ φασί: πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως.* Corte ad Salust. Cat. cap. 1. §. 6. Vol. I. p. 8.

§. 15. [1]) *Γνώμη ἐνθυμηματική. Τόπον δὲ Ἀριστοτελικὸν διὰ τῆς γνώμης ἐγύμνασεν. ἔστι δὲ ὁ τόπος: Τὸ αἴτιόν τινι τοῦ εἶναι πρῶτόν ἐστι (αἴτια δὲ τὰ ἔργα τῶν λόγων. πρότερα ἄρα ἔσται). καὶ πάλιν: Οὗ ἂν ἕνεκά τι πράττηται, τοῦτο κρεῖττόν ἐστι.*

Aristot. Categor. II. *περὶ πρoτέρου.* Phys. L. II. c. 3. §. 31. Quod Philosophus ratione quadam procedens exposuit, Orator in sententiam redegit, repetiit Scriptor belli Jugurthini in Oratione Marii: „Nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est.“ Sall. Jug. c. 85. ante med. Cf. Olynth. II. p. 21. §. 12. n. 1. Andr. Schotti Nod. Cicer. enod. L. I. c. XXI. p. 301. sq. Victor. Var. Lect. Lib. VI. cap. 15. p. 85. sq. quem citavit in schedis Taylor.

[2]) I. q. Reliqua jam in promtu sunt.

[3]) Auditorum sagacitate laudandâ, tacite eos ad bene agendum hortatur; eo turpius fore significans si deteriora sequerentur. Corinthiorum legatus apud Thucyd. Lib. I. cap. 70. ibiq. intrr.: *οἱ μὲν γε (οἱ Ἀθηναῖοι), νεωτεροποιοὶ καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ, ὃ ἂν γνῶσιν.* Cf. supra p. 29. § 3.

[4]) *Καὶ — δὲ* i. e. Et vero, Et quod majus est. Apud Demosthenem non frequens quidem, hic autem suo loco positum; haec enim sententia ut gravissima, in qua rei cardo versatur, enuntianda est Midian. p. 523 init. p. 575. extr. Phil. III. p. 129. init. Brem. Stallbaum ad Plat. Critone p. 51. a. Vol. I. P. 1. p. 133.

[5]) Et vero perficere (sc. *τὰ ῥηθέντα* s. dicta, intellecta et decreta) nunc poteritis, si recte agatis. Alibi Demosthenes ambo verba jungit oratorie, ut assolet, *πλεονάζων.* Coron. p. 245. §. 62: *τί προσῆκον ἦν ἐλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν.* Schaef. Ut Phil. I. p. 42. §. 7: *οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον — πράξειν.* Contra Phil. I. p. 42. §. 20: *ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε,* in perficiendo ne parva quidem agitis. Procl.

Scholl. in Plat. Cratyl. μγ' (XLIII.) p. 15. sq. ibiq. Boissonad.

§. 16. [1]) Amphipolim, Pydnam, Potidaeam, Methonen intelligit, quas Atheniensium fuisse legimus. Cf. Prolegom. §. 9 et 17. De forma ἄνθρωπος vid. ad Olynth. I. p. 10. §. 3.

[2]) I. c. Olynthi totiusque Chalcidicae, in qua XXXII jam urbes praeripuerat Philippus. Vid. ad Olynth. I. p. 10. §. 7. ibiq. citt. Eodem modo Demonstrativum *Τοῦτο* supra de Macedonia remota vidimus usurpatum. Olynth. I. p. 16. §. 25. n. 3. Superior Negatio ex οὐχ ἅπαντα μέν adhibenda etiam ad sequentia εἰ δὲ rel.

[3]) Sc. πρὸς τὸν Φίλιππον. Vid. Olynth. I. p. 11. §. 7.

[4]) Σώζειν non solum bello petitos, sed etiam petentes servare, omninoque afflictos incolumes servare significat, perire non pati. Quod quia fugisse videtur interpretes quosdam, in memoriam revocemus Lucian. Phal. Prior. c. 9. T. II. p. 196 sq. R. T. V. Bip.: σώζειν τὸν ἐπιβουλευκότα. — σώζων τοὺς ἐχθρούς. — πόσους ἐγὼ καὶ τῶν ἐπιχειρησάντων μοι — ἔσωσα;

p. 33. [5]) Macedones plebeji Graecis sunt barbari, alienâ origine; neque vero Macedoniae reges et coloni Argivi, quos Graeci vel severissimi Hellanodicae Graecâ origine ortos esse agnoverunt. Demosthenes igitur odio in Macedonem concitatus tanquam barbarum eum traducit. Conf. Demosth. Phil. III. p. 119. §. 31. Vid. Herodot. L. V. c. 22. ibiq. Valcken. Palmer. ad Ael. Aristid. p. 569. ed. Jebb. Drumann. Versuch. p. 22. sq. — Colonia Argiva Temenidis ducibus Olymp. XII in Macedoniam migraverat. Beck. Histor. Univ. T. I. p. 803 sqq. ed. 2dae. ibiq. citt. Sed cf. Clavierus, Hist. T. II. p. 216 — 220 ed. 2dae, qui etiam

Macedones proprie dictos graecâ origine ante bellum Trojanum eam tantum soluisse contendit. Vid. Mitford. hist. gr. c. XIII. §. IV. T. III. p. 36 sqq. Vers. germ. Salmas. Hellenist. p. 277. sqq. et p. 305 sq. Varii atque diversi Macedoniae fuerunt populi. Müller. de Macedonn. p. 22 sq. Idem (ibid. p. 34 sqq. p. 37 sqq.) effecit, Illyrico genere fuisse Macedoniae propriae gentes, quibuscum et aliae et graecae gentes immixtae fuerint. — Ceterum qualibus convicîis Macedonem Demosthenes consectetur, vid Weisk. Hyperb. I. p. 17 sqq. Cf. Valck. Orat. Phil. p. 272. n. 64.

6) Attendamus ad vim harum interrogationum uno spiritu ac tenore promanantium, qua de vi agunt Quintit. Inst. L. IX. c. 2. §. 6 sqq. p. 770. sqq. Longin. Sublim. c. 16.

§. 17. 1) I. q. Ἀμελήσαντες. Demosthenica Phil. IV. §. 7 sq.: Ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀμελουμένων. — ταῦτα πρῶτον ὠλιγωρήθη. — ταῦτα μέντοι ἐαθέντα καὶ παροφθέντα ἀπώλεσε Θράκην. — πάλιν ταῦτ' ἀμελούμενα rel.

2) Idem supra dixerat ἐστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου p. 30. §. 6.

3) Τότε post participia cum emphasi adhibitum pro τότε δή, tum vero. Buttm. ad Mid. p. 555. §. 35. d. n. 4. Eodem modo abundanter ἔπειτα et οὕτω post participia addere solent hâc differentiâ, quod ἔπειτα addito moneatur actionem praecedenti participio significatam praecedere, sequi alteram. Οὕτω autem addito causa affertur, vel participium quasi repetitur, ut, quantum momenti in eo sit, admoneatur. Engelhardt ad Plat. Lachet. p. 192. b. cap. 19. p. 50. sqq.

4) **Ordo verborum:** *ζητήσομεν, οἵτινές εἰσιν οἱ αἴτιοι τούτων* **i. e. rerum amissarum, praecipue Olynthi, quibus augeretur Philippus.**

5) *Τῶν φυγόντων οὐδεὶς ἑαυτῷ κατηγορεῖ*, **et** *διὰ πάντας τοὺς φυγόντας ἥττηνται, αὐτοί, οἱ φυγόντες*, **sibi opponitur.**

§. 18. 1) **De vi harum interrogationum et responsionum vid. eosdem, quos supra citavimus §. 16. n. 6.**

2) *Εὔξασθαι* (**vota facere, fausta precari**) **ad utrumque et ad** *δέον* **et ad** *παρελλιπεῖ* **pertinet. Severus Demosthenes,** *ὁ χαρίτων ἄμοιρος* **(Lucian. Rhet. praec. c. 17. T. VII. Bip.), nigro sale defricat auditores religiosos eosdemque desides, qui vana omnia et vota malebant quam sana consilia et virtutem. Hoc sibi, inquit, vitio verti merito non posse, quod reipublicae morbum ante oculos populi ponat. Nisi forte male reipublicae eum invidere put-at, qui non perpetuo, ei ut bene sit, in oratione optet. cum non bene ominando, sed fortiter agendo et bene consulendo res prospere cedant. Solan. ad Lucian. Quomodo Hist. c. 38. T. IV. Bip. ibiq Hermann.:** *ἐκτὸς εἰ μή, εὔξασθαι δέον, μή τι παρέλιπεν*, **i. q. scilicet nisi, ubi votis opus erat, aliquid (vota facere) neglexit. Cf. Olynth. II. p. 24. §. 23. ibiq. citt. Liban. Declam. Vol. IV. p. 841 (deest in Morell.):** *εὔξασθαι μὲν, ἅ τις βούλεται, ῥᾴδιον, πράττεται* **(scr.** *πράττεσθαι*) *δὲ τὰ τῆς ἀνάγκης, καὶ ταύτην οὐκ ἔνι διαφυγεῖν.* **Acerbus orator tangit sententiam: non inesse in votis ipsas res. Cf. Pseudo-Lucian. Encom. Dem. cap. 2. Vol. III. p. 492. R. Vol. IX. Bip.:** *εἰ γὰρ ἐν εὐχαῖς τὰ πράγματα εἴη. — εἰ οὖν ἡμῖν ἐπαρκέσει τὸ εὔχεσθαι* **rel., ubi scriptor nostrum locum respicit. Nec votis nec precibus muliebribus res prospere cedere proverbio quoque**

significabatur: *μὴ πάντα κατὰ βοὸς ἕξεις*, vel *μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ*] *μὴ πάντα ἐκτρέπειν ταῖς εὐχαῖς*, non omnia sacrificio bovis obtinebis, sed agendum. Vid. Andr. Schottus ad Paroemia Graeca p. 234. „Quod proverbium torquebatur in reides exercitus duces, qui mactato bove propitiasse se deum abunde putabant". Junii Adag. Cent. V. ad. 50. Ceterum etiam rogatores pro publicâ salute precabantur. Aeschin. Timarch. p. 178. R. §. 188. Id. fals. leg. p. 323. R. §. 158. Tydemann Dissert. de Timocrat. p. 37. sq. Lugd. Batav. 1822.

3) Sc. *χρόνῳ*.

4) *Προτεθῇ* sc. a Proëdris; *προτίθημι* est locutio comitialis, propono aliquid, de quo in concione agatur, vel in tabulâ quinto die ante concionem publice suspensâ, vel in ipsâ concione per praeconem, ut *περὶ πράγματος προυτέθη σκοπεῖν* i. q. (in tabellâ, *προγράμματι*) propositum est de re quadam deliberare, quod saepius dicitur *προγράφειν ἐκκλησίαν*, *προγράφειν περὶ ὧν δεῖ χρηματίζειν*. Coron. p. 317. §. 273: *ἐν κοινῷ δὲ τὸ συμφέρον ἡ πόλις προυτίθει σκοπεῖν*. Alterâ significatione, cum in ipsâ concione proëdri sententias dicendi potestatem faciunt, *γνώμας*, *λόγον*, *λέγειν προτιθέναι* i. q. potestatem facere dicendi, sententias ferendi. Phil. I. p. 40. §. 1: *εἰ περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προυτίθετο λέγειν*. Schoemann. de Comitt. p. 104 sqq. p. 58 sq.

5) Quis non recordetur Horatiani (Poetic. v. 343): Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Cf. Aristotelis locus (Rhet. ad Alex. c. II. Vol. II. p. 160 Sylb.): *εἰ δὴ μὴ* (sc. *καὶ ἡδέα καὶ ῥᾴδια πραχθῆναι παρακαλεῖ*]· *δυνατά τε δεικτέον, ὅταν ἐπὶ δυσχερῇ παρακαλῇ, καὶ ὡς ἀναγκαῖα ταῦτα ποιεῖν ἐστι*. Cf. Phil. I. p. 51. §. 36.

§. 19. [1]) Cf. Olynth. I. p. 15. §. 20.

[2]) „Concessio hypothetica, cui mox subjicit inficiationem: sine theatrali pecuniâ non suppetere belli sumptus.“ Wolf

[3]) *Γίγνεσθαί τινι* c. infin. h. l. c. *εὐπορῆσαι*, i. q. contingit, facultas datur alicui. Xenoph. Cyrip. L. VI. c 3. §. 11 (5): *λαβεῖν μοι γένοιτο αὐτόν.* Viger. Idiot. p. 229.

[4]) Interrogationi: Annon, theatrali pecuniâ intactâ, alio modo stipendium possit conquiri?

[5]) Quod Plato, ut summum bonum esse Deum ostenderet, in medio Philebo (vide modo p. 48. T. IV. Bip.) voluptate homines decipi disseruit, in hanc praecisam sententiam Demosthenes redegit; namque „sua cuique deus fit dira cupido“ (Virg. Aen. IX. v. 185). Repetierunt illam alii, quos citant D'Orvill. ad Charit. p. 557 Amst. p. 541 Lps. Krüger. ad Dionys. Hal: Thuc. Ind. cap. 34. p. 164. Addatur, qui nostrum locum citat, Stob. Flor. Tit. XXIII. §. 9 p. 190. p. 425 extr. Gaisf. Cf. nunc quoque Fritzsche Lucian. p. 178.

p. 34. §. 20. [1]) Imperativus, quam *ἐὰν* cum Conjunctivo, certius affirmat conditionem, ut nos: Betrachtet dieses, und ihr werdet können. Ex multis unum hoc sufficit: Xenoph. Mem. L. II. c. 3. §. 16: *μὴ ὄκνει, καὶ πάνυ ταχύ σοι ὑπακούσεται.*

[2]) I. q. Considerate haec ita, ut etiam res ferunt, permittunt, patiuntur. *Ἐνδέχεται* enim de facultate contingenti sive accidenti dicitur. Bud. Comm. p. 565. Plat. Phaedon. p. 93. b. cap. 42 (*με'*): *εἴπερ ἐνδέχεται τοῦτο γίγνεσθαι*, i. q. si quidem res admittit, ut hoc fiat. Stallbaum Vol. I. P. II. p. 137. Steph. Thes. p. 958. p. 3248.

3) Pertinet τῶν non ad χρημάτων, sed ad τι. Ordo: ἐλλείποντάς τι τῶν τοῦ πολέμου δι' ἔνδειαν τῶν χρημάτων. Ceterum hunc locum in exemplis asperarum sententiarum et reprehensionum a minoribus ad editiores profectarum refert Hermogenes Form. Lib. I. cap. 7. p. 294. q. cit. Taylor.

4) I. q. κούφως, leviter, socorditer, adjunctâ notione vituperationis. Schaefer.

5) Sc. „Ut dicamini propter pecuniarum penuriam bello justo et necessario deesse, atque culpa vestra committere, ut socii vestri pereant.“ Reisk.

6) Quum inter Corinthios et Megarenses Olymp. LXXX, 3 sive seculo ante has orationes habitas de finibus esset contentio, Megarenses ab Atheniensibus auxilium petierunt. Corinthii, qui fortasse Atheniensis in Aegypto et Aeginâ satis occupatos esse putabant, in Megarensium fines cum magno Peloponnesiorum exercitu invadunt; ejiciuntur ab Atheniensibus, qui raptis armis (ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα) domo in Megaridem erant profecti; retinent eam pro patrocinio et auxilio, scilicet praesidii causâ. Post decennium, Olymp. LXXXIII, 1, praesides ipseque postea Anthemocritus praeco trucidantur a Megarensibus, reconciliatis cum Corinthiis, et conjunctis cum Lacedaemoniis; profanatur ab illis terra Deabus Eleusiniis sacra, quae inter Atticam et Megara sita Ὀργάς dicebatur (Helladii Chrestom. 63. p. 19. ibiq. Meurs. p. 67. Creuzeri Myth. Vol. IV. p. 332. ed. 2dae ibiq. cit. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 195. cll. p. 180. Cf. Reiganum Megaris p. 80). Athenienses injuriae ulciscendae causâ expeditione in agros scelestorum factâ direptisque passim facultatibus ingenti praedâ onusti domum redierunt

et omnibus Megarensibus Atticam suosque omnes portus in magnum eorum damnum vexationemque supplicio proposito interdixerunt. Paulo post ortum est bellum Peloponnesiacum. Thucyd. L. I. c. 103. sqq. c. 139. Plutarch. Pericl. c. 29 sq. Diodor. S. L. XI. c. 79. L. XII. c. 5. Harpocr. s. v. *Ὀργάς* ibiq. interprr. Scholl. ad n. l. Reiganum loc. cit. p. 150.

[7]) I. q. *Σιτηρεσίων*. Significat h. l. stipendium et frumentum datum militibus, *τοῖς στρατευομένοις* (cf. ad Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7). Dativus pro Genitivo positus est, ut *τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις* Olynth. I. p. 15. §. 22. ubi vid. n. 7.

§. 21. [1]) *Ἐπιδιόρθωσις*, quâ excusat asperitatem orationis fine et exemplo majorum cum reprehensione adversariorum. Wolf. Incipit tertia orationis pars, quâ comparantur rationes recentiorum cum institutis majorum Vid. Ulpian.

[2]) Qui auram popularem captantes, Demostheni adversantur, ut retineatur pecunia theatralis.

[3]) Supplent *ὁδόν* huic adverbiali locutioni, quae significat: temere. Bergler. ad Alciphr. L. I. ep. 19. p. 102. sq. ed. Wagn. Phot. s. v. p. 585, 24: *παρα τοῖς περὶ Δημοσθένην*. Cf. Phil. II. p. 73. §. 32.

[4]) I. q. neque tam sum diis natus iratis et astris infaustis. Reisk. I. q. *κακοδαίμων*, *θεοβλαβής*. Cf. Olynth. II. p. 23. §. 20. n. 1.

[5]) Stobaeus (Flor. Tit. XIII. §. 41. p. 147) hunc locum in sententias et exempla *τῆς παῤῥησίας* retulit. Cf. Aristid. Orat. Plat. II. pro IVviris Vol. II. p. 267 sq. Jebb. quem locum citare obliti sunt Intrr. Verba ordina ita: *καὶ γὰρ ἀκούω* (*ὥςπερ ἴσως καὶ ὑμεῖς*) *τοὺς ἐπὶ τῶν ἡμῶν προγόνων* (*οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ*) *λέγοντας*

χρῆσθαι τούτῳ τῷ ἔθει rel. Ἴσως i. q. εἰκότως ex Platonico more affirmat, Platon. Menon. p. 93. extr: ἴσως μὰ Δί' οὔ, ut Dem. Olynth. I. p. 15. §. 23: μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. Locella ad Xenoph. Ephes. L. II. c. 5. p. 188. Wyttenb. et Stallbaum ad Plat. Phaedon. p. 67. a. cap. XI. p. 161 Wytt. Buttm. Ind. in Plat. Dial. s. v. Heind. ad Plat. Phaedr. §. 20. Engelhardt. ad Platon. Lachet. p. 26. et p. 68. Schaefer. ad Dionys. Compos. cap. XIX. p. 269. ibiq. citt. Proprie enim significat ἴσως pariter, inde consentaneum. Glasii Philol. sacr. L. III. Tract. V. can. 25. not. p. 1005. ed. Olear. Eodem modo Cicer. Verr. Lib. V. cap. 3: Vetus est quod dicam et — nemini fortasse vestrûm inauditum.

6) Aristidem, notissimum est, justitiae et reipublicae rationem, non gratiae multitudinis habuisse maximam; et quod supra Demosthenes („δικαίου πολίτου κρίνω" rel.) pronunciavit, idem de Aristide Plutarchus (in ejus vitâ c. 2. p. 291, 10. T. II. R.) dicit: „Ἀριστείδης δὲ καθ' ἑαυτὸν ὥςπερ ὁδὸν ἰδίαν ἐβάδιζε διὰ τῆς πολιτείας — μόνῳ τῷ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν καὶ λέγειν ἀξιῶν θαῤῥεῖν τὸν ἀγαθὸν πολίτην. Exemplis pergit Plutarchus ostendere, Aristidem suam salutem populique gratiam publicae saluti postposuisse. Cf. Meiners. Histor. Scientiarr. T. II. p. 118 sqq. p. 164—168. ibiq. citt.

Pericles (ut hunc continuo addam; non enim temporis ordinem h. l. servavit Orator gravissimum in fine ponens) Pericles igitur dicens cum delectatione etiam aculeos reliquit in animis eorum, a quibus erat auditus; fulgurabat, tonabat, concionem permiscebat; severam postremo tempore inibat rationem cum populo agendi nec privatum commodum respiciebat: ἐγὼ γὰρ

ἡγοῦμαι, dicentem eum facit Thucydides (L. II. c. 40), πόλιν πλέω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν rel. Post defensionem Periclis Thucydides (L. II. c. 65) haec addit: ἐκεῖνος μὲν, δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ ἢ αὐτὸς ἦγε, διὰ τὸ μὴ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν. Ceterum Demosthenis jam pueri eloquentiam et Periclis simillimam esse judicavit Eunomus ap. Plut. Vita Demosth. c. 6. p. 848. F. cf. ibid. cap. 13. Vide etiam Taylori Proleg. in Dem. Or. Gr. Vol. VIII. p. 755. Cf. Hermogen. Form. Lib. II. cap. 9. p. 457. Adde Meiners. l. l. p. 142 — 56. Interprr. ad Plin. min. L. I. ep. 20. §. 17 sqq. Interprr. ad Cornel. Nep. Alcib. c. 2. §. 1. Wyttenb. ad (Plut.) Pueror. Educ. p. 6. C. Franf. p. 105 sq. Orationes e Periclis ingenio fictas lege apud Thucyd. inprimis L. I. c. 139 sqq. Vid. Ruhnk. Histor. Oratt. p. XXXIX. in Reisk. Oratt. T. VIII. p. 125. Ael. Aristid. Orat. Plat. pro IVviris. T. II. passim et p. 267 sq. ed. Jebb.

Commode nobis comparatur a Plutarcho (Niciae vit. c. 2 sq. p. 206. T. III. R.) Periclis et Niciae dicendi consulendique ratio: Περικλῆς μὲν οὖν ἀπό τε ἀρετῆς ἀληθινῆς καὶ λόγου δυνάμεως τὴν πόλιν ἄγων, οὐδενὸς ἐδεῖτο σχηματισμοῦ πρὸς τὸν ὄχλον οὐδὲ κιθαριστοῦ, Νικίας δὲ τούτοις μὲν λειπόμενος, οὐσίᾳ δὲ προέχων, ἀπ' αὐτῆς ἐδημαγώγει. De cujus Niciae eloquentiâ antea dixerat Plutarchus: οὐκ ἦν αὐστηρὸν οὐδ' ἐπαχθὲς ἄγαν αὐτοῦ τὸ σεμνὸν, ἀλλ' εὐλαβείᾳ τινὶ μεμιγμένον. Gratiae vero popularis haud ita studiosus,

utpote qui erat ditissimus, recusavit oblatum imperatoris munus, expeditionemque in Siciliam mittendam dissuasit, et libere exercitûs statum retulit. Thucyd. L. VI. c. 8 sqq. sqq. L. VII. c. 11 sq. Ruhnken. l. c. p. 125. Meiners l. c p. 252 sqq.

Demosthenis, Alcisthenis filii, concionandi ratio e militaribus exhortationibus apud Thucydidem legendis dijudicari non potest; acquiescendum in laude, quam ei imperatori orator tribuit. Cf. annott. subsequentes.

§. 22. [1]) Blandos oratores popularique gratiae inservientes Demagogos rempublicam invertere et tollere libertatem, disertis verbis exponit Aristoteles Polit. L. IV. c. 4. §. 4, et exemplis docent Heynius Opusc. acad. Vol. IV. p. 401 et Luzac. de Socrat. civ. p. 79 sq. Cf. Duport. in Theophr. Char. cap. 2. p. 236 sq. ed. Needh. E Platonis, Aristotelis, Aristophanis, aliorum locis ibidem citatis (et Aristid. Vol. II. p. 44. sq. p. 268 sq.) apparet, magnum Athenis hoc tum fuisse vitium vel damnum. Cf. Isocrat. de pace init.: *εἰώθατε πάντας τοὺς ἄλλους ἐκβάλλειν πλὴν τοὺς συναγορεύοντας ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις. — Καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν* rel. Omnino enim Isocratis oratio socialis s. de pace comparanda est cum nostro loco, inprimis ejus Vol II p. 196. c. 16. §. 41 et seqq. pagg. Ejus generis oratores, nominatim Cleonem, traducit Demosthenes, Alcisthenis filius, cum Nicia colloquens in Aristophanis Eqq. v. 1—230, unde hos modo versus summus:

v. 47. ἤπαλε', ἐθώκευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα
κοσκυλματίοις ἄκροισι, τοιαυτὶ λέγων:
ὦ δῆμε —
βούλει παραθῶ σοι δόρκον;

Cf. Demetr. Phaler. Eloc. §. 315. Strenui consiliarii atque oratoris ingenium et animum e Nostro proficiens descripsit Dio Chrysosth. Orat. XXXIII. p. 422 sq. T. II. p. 49 sq. ed. 2dae Reisk.

[2]) l. q. προδέδοται. Hermogen. Invent. Lib. IV. cap. 10. p. 221. Προπίνω proprie praebibo; propino. Ex more antiquo in conviviis hospes propinans ipsum poculum pretiosum amicissimo dono dabat. Ita desponderi solebat filiola genero, cui socer propinabat. Inde προπίνω τί τινι, trado alicui aliquid gratiosus. Vide quos citat Albert. ad Hesych. s. v. προπέποται, inprimis Langbaen. ad Longin. c. 32 (10). Boeckh. ad Pind. Olymp. VII. v. 1. T. II. p. 168. ibiq. Schol. p. 160. ibiq. cit. n. 4. Τῆς παραυτίκα χάριτος est Genitivus pretii.

[3]) l. e. τῶν ῥητόρων τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων. Vid. infra p. 36. §. 29. Bremi. Iidem proxime οὗτοι dicuntur.

§. 23. [1]) Dionysius Hal., de admirandâ vi dicendi in Demosthene c. 21. T. VI. p. 1015. R., hunc locum laudans, οὐ καθ' ἓν ἔργον, inquit, ἕκαστον ἀρχαῖον ἔργῳ καινῷ παρατιθεὶς, οὐδὲ πάντα μικρολογῶν ἐνεγκρίσει, ἀλλὰ ὅλῃ ποιούμενος ὅλην τὴν ἀντίθεσιν διεξοδικήν. Quintil. Inst. L. VI. c. 5. §. 8: „Idem (Demosthenes) cum offensam vereretur, si objurgaret populi segnitiem in asserendâ libertate reipublicae: majorum laude uti maluit, qui eam fortissime administrassent; nam et faciles habuit aures et natura sequebatur, ut meliora probantes pejorum poeniteret.“

p. 35. [2]) *Τὰ ἐξ οἰκείων παραδείγματα ἀγωνιστικώτερα καὶ προσεχέστερα ἢ ἐξ ἀλλοτρίων.* Apsin. p. 701. cit. Reisk.

§. 24. [1]) Observandum Demonstrativum *αὐτούς* pro Relativo *οὕς* usu Platonico. Androt. I. p. 794. §. 81: *ἃ κοινὰ πᾶσιν ὑπάρχει καὶ οὐδεὶς ταῦτα φέρει.* Heind. ad Plat. Gorg. §. 157. Engelhardt ad Platon. Lachet. p. 50. Stallbaum ad Plat. Phaedon. p. 113. C. Vol. I. p. II. p. 196. Adde nunc Fritzsche Lucian. p. 109 sq.

[2]) Quum Pausanias Lacedaemonius superbiret, imperium maritimum et principatum Atheniensibus demandaverunt socii, praecipue Iones, Olymp. LXXV, 3. i. e. a. Chr. n. 477

Deli commune aerarium ad bellum cum Persis gerendum ex tributis civitatum instituitur Olymp. LXXVII, 3 (Boeckh. Oecon. T. I. p. 427 sq.) et Athenas transportatur Olymp. LXXIX, 4 (Boeckh. l. c. p. 430).

Iisdem libenter obtemperavisse dicuntur — Isocrat. Areopag. passim et praecipue Vol. II. p. 106. c. 6. §. 17: *οἱ μὲν ἐκείνῃ* (*τῇ πολιτείᾳ* i. e. *δημοκρατίᾳ*) *χρώμενοι, πολλὰ καὶ καλὰ διαπραξάμενοι* rel. *παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον* — usque ad bellum Peloponnesiacum Olymp. LXXXVII, 1. i. e. a. Chr. n. 432

itaque volentibus (*ἑκόντων*) sociis imperavisse dicuntur Athenienses per annos . . . . . 45.

At Philipp. III. p. 116. §. 28 Demosthenes belli Peloponnesiaci addens annos 28,

principatus Atheniensium, de quo eo ipso bello certabatur, numerat . . . . . 73.

Numerant vero principatus Atheniensium annos alii alios, plurimi pleno numero 70 pro accuratiore 65.

Morus ad Isocrat. Paneg. c. 29. n. i. et Spohn ad ej. c. 30. n. e. Weisk. de hyperb. I. p. 15 sq. Boeckh. l. c. T. I. p. 475 sq. not. 591. Cf. Raoul-Rochette Hist. Colon. Vol. IV. p. 3 sqq. p. 408. et Ulpian. — Isocrat. Areop. init. c. 3, in qua oratione comparantur respublica, oratores, privati veteris et recentis temporis, ad nostrum locum non aegre eam comparationem adhibebis.

3) Plus quam decem millia Talentum (sive 14 476 810 Thal. sive 26 058 270 Flor.) in Parthenonis opisthodomo, ubi, quod e Deliaco communi sociorum aerario et ex Atheniensium reditibus resederat, custodiebatur, Periclis aetate repositum fuisse (*ἀναφέρεσθαι*), disces e Thucydide (II, 13 ibiq. interprr. Hemst. ad Aristoph. Plut. v. 1196.). Erant

signatae pecuniae	9700 Tal.
non signati auri et argenti	500 —
aurum in statuâ Minervae, ut minimum dicam	400 —
	10600 —

Haud numeratis aliorum templorum donis et vasis sacris. Boeckh. l. c. T. I. p. 472 — 480.

4) Perdiccas II, Alexandri I Philellenis filius et Amyntae II patruus, tributarius factus est (*ὑπήκουε· φόρους ἔφερε.* Sch.) Atheniensibus (Diodor. ap. Schol. Bavar. ad h. l. Cf. Wessel. ad Diodor. XV, 50.). Is *ξύμμαχος πρότερον καὶ φίλος ὢν* (Thucyd. Lib. I. cap. 57) erga Athenienses sensit varius atque mutabilis. Conf. etiam Thucyd. passim. Vide nostra Proleg. §. 3. Macedoniam Atheniensibus olim tributariam fuisse repetitur duobus locis Demosthenicis (?) Halon. p. 79. §. 12: *ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε.* Ad Phil. Ep. p. 156. §. 16. Liban. Progymn. *ψόγος*

Φιλίππου. Vol. IV. p. 972 R. Justinus Lib. VIII. cap. 4 Macedoniam clientelae Graecorum partem dicit. Valcken., Or. de Phil. p. 269 sq. n. 61. Boeckh. Oecon. T. I. p. 443. Cf. Weisk. Hyperb. I. p. 21 sq. n. 48 ibiq. citt. et Vogel. Biogr. Vol. II. p. 259 sq. Drumann. Versuch. p. 24.

[5]) Euripides praecivit Iphig. Aul. v. (1400. 1410) 1379 Matth. (cf. Aristot. Polit. L. I. c. 2.):

βάρβαρον δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός. rel.

Cf. notam 5. §. 16.

[6]) Persicis bellis. *Αὐτοί* i. q. *πολιτικῇ δυνάμει*. Vid. ad Liban. Arg. Olynth. I. §. 3.

[7]) *Διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῶν πράξεων. οὐ φθονοῦσι τοῖς πάνυ ὑπερβάλλουσιν.* Ulpian.

§. 25. [1]) Periclis aetatem significat. Compara Aristocrat. p. 689. §. 206 sq. cf. Androtion. p. 617. §. 76. et Aeschin. fals. leg. p. 253. Quos fere locos conferendos jussit Palmerius ad n. l. Exercitt. ad Dem. p. 622 sq.

§. 26. [1]) I. e. *δημοκρατικῷ* (cf. ad Olynth. I. p. 10. §. 5). Ex democratiae ratione totus locus explicandus; *ἰσότης* enim sive aequitas et aequalitas servat popularem statum, tollit eundem *πλεονεξία* (Aristot. Sophist. L. II. c. 1. Vol. I. p. 446, 20. Sylb.) sive cupiditas opibus et auctoritate excellendi reliquosque potentiâ superandi. „Est enim hoc commune vitium in — liberis civitatibus, ut — libenter de his detrahant, quos eminere videant altius; neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam.“ Cornel. Nep. Chabr. c. 3. ibiq. Intrr. Cf. Wachsmuth Antiq. Graec. Vol. II. p. 20 sqq. Euripides igitur Atheniensibus (Phoen. v. 538 ibiq. Valck. p. 276 sqq.) haec cecinit:

— — — *Κεῖνο κάλλιον —*
ἰσότητα τιμᾶν, ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις
πόλεις τε πόλεσι ξυμμάχους τε ξυμμάχοις
ξυνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ,
τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασον rel.

E Demosthenis sententiâ comparant veterum et recentium mores Sallustius (Cat. c. 9.) et Cicero pro Flacco c. 12. ibiq. Graev.

2) Ut Themistoclis, Cimonis, aliorum. Boeckh. Oecon. T. I. p. 219 sqq. p. 70. Plut. Glor. Ath. p. 348, 26. T. VII. R.: *ἡ Θεμιστοκλέους δεινότης ἐτείχισε τὴν πόλιν, ἡ Περικλέους ἐπιμέλεια τὴν ἄκραν ἐκόσμησε, Μιλτιάδης ἠλευθέρωσε, Κίμων προῆγεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν.* De domibus Athenarum vid. Krusii Hell. Vol. II. p. 165 sq.

3) *Ἴσως* „aequo jure. Sic Polybius XXIV. 2. T. IV. p. 288. Schw: *οὐκ ἴσως*, et mox simili sensu *οὐ δικαίως*. Vid. not. ad Longi Pastor. p. 357.“ Schaefer. Cf. de pace p. 59. §. 10. n. 10.

4) Isocrates (Orat. Areopag. jam citata Vol. II. p. 130. c. 20. §. 53): *οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν, οὐδ' ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονεικιῶν, οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον (οἱ πρόγονοι), ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως οἰκεῖν* rel.

§. 27. 1) Ordo verborum: *ἐκείνοις (τοῖς προγόνοις), χρωμένοις s. οἱ ἐχρῶντο προστάταις, οὓς εἶπον.*

2) *Χρηστός* saepe ironice usurpatur ab Atticis, praecipue a Platone et Demosthene. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 132. Reisk. Ind. Dem. s. v. Inprimis h. l. quo significantur *χρηστολόγοι* i. q. *χαριτογλωσσοῦντες*. Vid. Duport. ad Theophr. Char. cap. 2. p. 236. ed. Needh. Cf.

Hermog. Form. Lib. I. cap. 10. p. 316. ibid. Lib. II. cap. 8. init. p. 445. q. cit. Taylor. in schedis. Adde p. 447. Eubulus inprimis h. l. significari videtur.

p. 36. [3]) Dativus commodi: in quorum malorum oratorum commodum, ne in eos, turpiter quae gesserint, omnibus narratis, vos odio impleam. Dativ. commodi Phil. I. p. 49. §. 32. n. 4.

[4]) Ordo verborum: ἀλλ' ἐπειλημμένοι τοσαύτης ἐρημίας (nacti eam solitudinem, absentiam aemulorum, de principatu (περὶ τῶν πρωτείων) non contendentium), ὅσην ἅπαντες ὁρᾶτε, rel. ἀπεστερήμεθα rel.

[5]) Pugnâ Leuctricâ Olymp. CII, 2. a. Chr. 371. Isocrat. de pace Vol. II. p. 236. cap. 33. §. 100: — — αὐτοῖς δὲ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Λεύκτροις παρασκευάζοντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι), ἣν φασί τινες αἰτίαν γεγενῆσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν. Omnino devicti erant ad Mantineam Olymp. CIV, 2. a. Chr. 362. Sed oratorie dicti sunt ἀπολωλότες.

[6]) Bello Phocensi tum maxime occupati (ἄσχολοι) erant Thebani. Cf. supra p. 30. extr. §. 8.

[7]) I. q. pro arbitrio dijudicare, constituere, administrare. Valcken. Schol. in N. T. Vol. II. p. 250 sqq. D'Orvill. ad Charit. p. 404 ed. Amst. p. 445 sq. ed. Lips. Τὰ τῶν ἄλλων δίκαια i. q. τὰ Ἑλληνικά. Cf. Phil. I. p. 43. §. 10.

§. 28. [1]) Nominat Demosthenes Χερρόνησον et Ἀμφίπολιν a majoribus possessas, sed his temporibus deperditas in Aristocr. supra §. 25. cit. p. 689. §. 208. Cf. Ulpian. et not. seq.

[2]) = 2 171 521 Thal. = 3 908 740 Flor. quam maximam pecuniam Chares ab Aeschine adversario in Amphipolim recuperandam frustra consumsisse dicitur. Aeschin. f. l. p. 247 sqq. R. Videsis Proleg. §. 18

3) Per Timotheum ducem. Vid. Proleg. §. 18. n. 4. et Ulpian. ad n. l.

4) Non re, sed opinione pax tum agebatur; Philippus enim pro suâ ratione, cum maxime cogitaret et vero ageret bellum, pacem simulabat. Weisk. de hyperbole P. I. p. 37 sq. cf. Prolegom. §. 16. extr. n. 6.

5) Quos supra irriserat *χρηστούς*. — Proximum *ἀσχεῖν* desumtum est a certamine. Hermogen. Invent. Lib. IV. cap. 10. p. 221.

§. 29. 1) Pete e sequentibus *ἔχει*. Hesiod. Op. et D. v. 327. Schaef. ad h. l. Dem. Phil. I. p. 48. §. 12.— Hactenus *τὰ Ἑλληνικά*, in quibus recensendis damna publica magistratibus malis objicit; nunc per *ἀνθυποφορὰν* ad *τὰ πολιτικὰ* transit, iisque extenuatis invidiam conflat *δημαγωγοῖς*, qui ad suas opes augendas ignaviâ populi abutantur, qua occasione eum ad rem gerendam excitat et ad pristinam libertatem et dignitatem recuperandam. Wolf.

2) Eubuli futilem administrationem his tangi, dicit Ulpianus, qui idem citat Aristophanis *κρουνοχυτρολήραιον* Eqq. v. 89. Athenis, in urbe unus quidem fons s. scaturigo (*πηγή*) alterque erat in arce, sed multi putei et aquae ductus interdum magnifice et statuis, praecipue Silenis (Böttiger. Amalth. Vol. III. p. 173 sq. Creuzer. in Ephemerr. Heidelb. 1826. Nro. 6. p. 84 sq.) et columnis et aliis ornamentis exornati, quos Pausanias (vid. proxime) *ὠκοδομημένους* et *κεκοσμημένους* dicit. Pausan. L. I. c. XIV. §. 1. p. 34. ibiq. Siebel. Miscell. Observv. Vol. X. T. III. c. IX. p. 401 sqq. Fonti, unde ad judiciorum clepsydras aqua ducebatur, leo aeneus, *κρηνοφύλαξ* dictus, insedit, qualem Sponius

se Athenis in viâ ducente Eleusinem pulcre ex marmore factum, primoribus incumbentem pedibus et capite perforatum, ut fontis aquas hoc quasi rictu funderet, vidisse refert. Polluc. Onom. L. VIII. §. 113. ibiq. Kühn. In Aristocr. supra §. 25. n. 1. cit. p. 689. §. 208 pro λήρους dicit: ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν. Amant Scriptores λήρους in clausulâ sententiae apponere, cujus rei exempla dedit Toupius ad Longin. Fragm. VII. fin. Eodem modo Plato adhibuit φλυαρίας, ut Gorg. p. 518. e. sq.: ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους, οἳ τοιούτους (imperitos) εἰστιάκασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν, καί φασι (iidem imperiti) μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς, ὅτι δὲ οἶδεν καὶ ὕπουλός ἐστι διὰ ἐκείνους τοὺς παλαιούς, οὐκ αἰσθάνονται. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων καὶ τοιούτων φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν. rel. Vide nunc quoque Fritzsche Lucian. p. 67.

[3]) Αἰνίττεται τοὺς περὶ τὸν Δημάδην, Εὔβουλον, Φρύνωνα, Φιλοκράτην, καὶ εἴ τινες ἕτεροι. Ulpian. Isocr. de pace Vol. II. p. 252. c. 40. §. 124: οὕτω χαίρομεν ταῖς τῶν ῥητόρων πονηρίαις, ὥστ' ὀρῶντες διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰς ταραχὰς, ἃς οὗτοι πεποιήκασι, τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς ἐκ τῶν πατρῴων ἐκπεπτωκότας, τούτους ἐκ πενήτων πλουσίους γεγενημένους, οὐκ ἀγανακτοῦμεν rel. Καίτοι Περικλῆς — οὐκ ἐπὶ τὸν ἴδιον χημάτισμὸν ὥρμησεν, ἀλλὰ τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν αὑτοῦ κατέλιπεν ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβεν, εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήνεγκεν rel. Vid. supra §. 24. Aristoph. Plut. v. 29 sq. ibiq. Girard:

— — — πένης ἦν
Ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες
Καὶ συκοφάνται καὶ πονηροί.

[4]) Ut Demades et Aeschines.

§. 30. [1]) Subaudi ἔχει e praemisso εἶχε. Schaefer.

[2]) πρῶτον = πρότερον, olim quidem, ab initio quidem. Opponitur §. 31. νῦν δέ. Schaefer. Vid. Wolfii Curae philol. ad Luc. cap. II. vers. 2. ibiq. citt. praecipue Erasm. Schmid. ad eund. loc. cf. Wolf. ad Evang. Joann. cap. I. vers. 15.

[3]) Αὐτός referendum ad στρατεύεσθαι. Schaefer. Cf. §. 24. n. 6.

[4]) Aristocr. (§. 25. n. 1. cit.) p. 690. §. 209: Νῦν δ' οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες ἐκ πτωχῶν εὔποροι rel. τότε μὲν γὰρ ὁ δῆμος ἦν δεσπότης τῶν πολιτευομένων, νῦν δ' ὑπηρέτης reliqua cum proximis his comparanda. Ceterum inversione ordinis factorum et ratione tractandi circumducitur oratio, ubi exaggerandi causâ orator aliquid interjicit aut annectit. Hermogen. Form. Lib. I. cap. 11. ante med. p. 334.

p. 37. §. 31. [1]) Inusitatam Singularis et Pluralis compositionem, καινοπρέπειαν, dixerunt Technici ἀλλοίωσιν ἑτεράριθμον. Schaef. ad h. l. et Ernest. Lex. techn. s. v. ἀλλοίωσις. Hermog. Form. Lib. I. cap. 12. p. 364. q. cit. Taylor. in schedis.

[2]) Nervis exsectis; loqui videtur de nervis reipublicae, i. e. de reditibus et vectigalibus, quae enervatis muliebribusque Atheniensibus erepta sint vel depravata: ut, quae continuo sequuntur, καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους, interpretationis causâ sint addita. Schaef. ad h. l. ibiq. Valcken. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 53 sq. ed. Sch. Poll. Onom. Lib. II. §. 234. (q. cit. Taylor. in schedis) ibiq. Kühn. Cf. Olynth. I. p. 15. §. 20. et Ulpian. In vocabulo ἐκνενευρισμένοι adhibito ambiguitatem quandam inflexit Orator; proprie enim usurpatur de enervatis i. e. muliebribus et desidibus. Inde Libanius Vol. II. Orat. XIX.

p. 503. C. ed. Mor. Vol. III. p. 389, 1. R.: *οὐδὲ ἐπλύνει καθάπαξ οὐδὲ πᾶς ἀκροατὴς ἐκτενενυσμένος πάσηται.* Idem mox addit Noster: *καὶ τὸ πάντων ἀνανδρότατον.* Bake ad Cleomed. Meteor. Lib. II. cap. 1. p. 419. Vim et vehementiam loci observaverunt Rhetores. Aristid. Vol. II. p. 469. Jbb. Est enim in ea Metaphorâ et numero gravitas quaedam. Hermogen. Form. Lib. I. cap. 4. p. 285. ibid. cap. 7. p. 294. q. cit. Taylor. in schedis. Adde p. 354.

[3]) I. q. nudati, spoliati pecuniis et sociis. Vid. Reiskii Indic. s. v.

[4]) Vid. Olynth. II. p. 22. §. 14.

[5]) Deminutivo acerbe significat boves macros. Reisk. Ind. Multi enim boves in *κρεωδαισίαις* s. *κρεανομίαις*, quibus plebs tributim aleretur et alliceretur, publico sumtu et pecuniâ militari s. theatrali sacrificabantur festis diebus multis aliisque occasionibus. Casaub. ad Suet. Jul. Caes. c. 38. Nieupoort Succincta Explic. rituum roman. extr. Boeckh. Oecon. T. I. p. 224 sqq. praec. p. 227. cf. p. 196. Demetr. Phal. Eloc. c. 303: *ἐν κρεανομίαις τότε* (Demadis aetate) *καὶ πανδαισίαις διάγουσαν* (sc. *γραῦν*, quacum comparat Rempl. Ath. Demades), *ἀπολλύειν τὰ στρατιωτικὰ χρήματα.* Cf. Plut. Demetr. c. 11. p. 16. T. V. R. Chares et olim misit boves (Schol. ad h. l.) et tunc ob Olynthiacum bellum nationes redditurus, quo plebem inescavit. Aristotel. Rhet. L. III. cap. 10. Cf. Dionys. Hal. Ep. ad Amm. c. VIII. p. 734. R. Theopomp. ap. Athen. Lib. XII. p. 532. C: *Χάρης τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπε Ἀθήνῃσι τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις, ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε*

ἠγαπήκησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως. — ὥςτε τὸν δῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἐστιάσεις καὶ κρεανομίας, ἥπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν. — Χάρης ἐδείκνυτον Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ, θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους rel. Hoc fortasse post primam expeditionem Olynthiacam. Vid. Schweigh. ad Athen. l. cit. p. 532 E. Neque verò Charetem, cui favebat, Demosthenes h. l. carpit, sed publice pecuniâ theatrali emtos boves reprehendit. Imitatus est nostrum Juvenalis S. X. v. 79 sq.:

— — „Jam pridem, ex quo suffragia nulli
vendimus, effudit curas (sc. populus); nam qui
dabat olim
imperium, fascesque, legiones, omnia, nunc se
continet (ἀγαπῶντες) atque duas tantum res anxius
optat:
panem et circenses.

6) *Οἱονεὶ συγκλείσαντες καὶ μὴ ἐῶντες πολεμεῖν. Εἶπε δὲ, ὡς ἐπὶ δεδεσμωμένων θηρίων τὴν λέξιν. διὸ ἐπάγει καὶ τό τιθασεύουσι καὶ τό χειροήθεις καὶ τό ἐπάγουσι* rel. Ulpian. Pausan. Lib. I. c. 9. §. 5: ὃν (*Λυσίμαχον*) *Ἀλέξανδρός ποτε ὑπ' ὀργῆς λέοντι ὁμοῦ καθείρξας ἐς οἴκημα.* Vid. Leopoldi Ind. Graec. in Plut. s. v. *καθείργειν.*

7) Demosthenicum hoc vocabulum citat Pollux. Onom. Lib. II. §. 151.

§. 32. 1) *Ἔστι δ' οὐδέποτε* pro *Οὐδέποτε δ' ἔστι.* Cf. ad Liban. Arg. Olynth. I. p. 9. §. 1. extr. — *Νεανικόν*, juvenile, quod juvenem decet, inde forte et audax. h. l. generosum, *γνήσιον, γενναῖον.* Cicero (de Amic. c. 9) id dixisse videtur ita: „Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt,

qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemtam.“ Vid. Creuz. ad Olympiod. p. 35. H. l. *νεανικόν* et *φαῦλα*, ut *μέγα* et *μικρά*, sibi opposita videntur.

2) Servile ingenium et serviles mores a sapiente alienos esse in Theaeteto tradit Plato, vide modo p. 177 sq. et p. 173. a: *τὴν αὔξην καὶ τὸ εὐγενὲς τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ — δουλεία ἀφῄρηται.* (ibidem §. 77 Heind. imitatores indicavit, nostri vero loci vestigia pressius legit Longin. c. 9. et 44 ibiq. Ruhnk.) Idem Plato Repl. L. VI. p. 495, a, qui locus mire nostrum explicat, haec: *καὶ αὐτὰ τὰ τῆς φιλοσόφου φύσεως μέρη, ὅταν ἐν κακῇ τροφῇ γένηται, αἴτια γέγονε τοῦ ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος* rel. *ὑπὸ δὲ τῶν τεχνῶν τε καὶ δημιουργιῶν ὥσπερ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι καὶ ἀποτέθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσιν* rel. *ποῖ' ἄττα φῶμεν* (sc. αὐτοὺς) *γεννᾶν διανοήματά τε καὶ δόξας; — οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως [ἄξιον], ἀληθινῆς ἐχόμενον.* At jam dudum Homerus Odyss. XVII, v. 322 sq. ibiq. Spondan. et Clarke:

ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνέρος, εὖτ' ἂν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

3) *Ταῦτα* conjungendum cum verbo *εἰσόνται*.

§. 33. 1) Oppositionis formula e contextu supplenda, h. l. supple: *Ἐὰν οὖν, ἐπειδὴ οὐ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γ'* rel. De Coron. p. 292. §. 191: *ἐπειδὴ δ' οὐ τότε, ἀλλὰ νῦν δεῖξον.* Hoogev. de part. l. gr. p. 17. Schütz.

2) Has domesticas opes intelligit theatrales.

3) *Ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν* i. q. *ἐπὶ τὰ τῶν ἀγαθῶν τὰ ἔξω ὄντα* i. q. *ἐπὶ τὰ ἔξω ἀγαθά*, ad externa bona comparanda.

4) Lucra, a demagogis turpiter accepta. Cf. Olynth. II. p. 26. §. 28.

5) Ordo: ἃ ἔοικε σιτίοις διδομένοις τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν. — Σιτία est verbum medicum, quo leves exiguique cibi (κοῦφα s. ἀσθενέστερα σιτία) aegrotis, ne ingravescat morbus, dandi significantur, quibus opponitur ἡ ἰσχυρὰ δίαιτα. Vid. Foës. Oecon. Hippocrat. s. v. σῖτος. — Demosthenis sententiam repetierunt alii: Lucian. de Merced. Cond. c. 5. T. III. p. 221. Bip: ἐπεὶ δὲ (ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ φησί) τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι. Plenius Stob. Flor. Tit. CII. § 7. p. 551. Eandem Symmachus (Lib. I. ep. 23 ad Auson.) ita est interpretatus: „Parvis nutrimentis quanquam a morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemur.“ et imitatus Salustius (Macri Licinii Orat. ad plebem post. med.): „Quâ (lege frumentariâ) tamen quinis modiis libertatem omnium aestumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris; namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires; sic neque absolvit curâ familiari tam parva res.“ Cf. Andr. Schott. Observv. hum. L. II. c. 34. p. 78. L. III. c. XXIV. p. 156 sq.

6) Qui hanc numerosam et gravem sententiam repetierunt, eorum multi collecti sunt a Casaubono ad Athen. L. VI. p. 270. b. et Tourrell. ad n. l. „Vid. Porson. Adversar. p. 78 (90).“ Schaef.

7) Ἀποδοκιμάσαντας. Zonaras s. v. ἀπεγνωκώς.

p. 38. §. 34. 1) Ἀνθυποφορά: Ἀλλὰ λέξει τις, μισθοφορεῖν ἡμῖν συμβουλεύεις; Τοῦτο δ' ἦν Ἀθηναίοις εὐδόξουσιν ἐπαχθές τε καὶ βαρυτερον rel. Ulpian.

2) I. c. οὐ μόνον μισθοφορὰν λέγω, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων. Haec vis est parti-

cularum *καὶ — γὲ* amplificantium. Schaef. ad h. l. Hoogev. Partt. l. gr. p. 289. ed. Sch.

3) Acerbius vocabulum *μισθοφοράν* commutat cum *σύνταξιν* leniore. Ulpian.

4) Hos Nominativos absolutos loco Genitivorum verte: quum quisque accipiat. Matth. Gr. gr. §. 562. 1. ibiq. citt.

5) Post Praesens et de re futura exspectaveris Conjunctivum; at Optativum, ut fieri posse rem sibi optatam significaret, adhibuit Orator. Matth. l. l. §. (519) 518. Xenoph. Cyrip. L. VIII. c. 3. §. 9 (20): *εἰςαγγέλλετε πρὸς ἐμὲ, ἵνα — διαπράττοιμεν*, ubi nunc Schneiderus e Camerarii libro dedit *διαπράττωμεν*.

6) Interrogatio pro conditione hac: „Si pacem agit Respublica: tu, dum propter hanc pacem domi manes nec militas, utere hac pecuniâ theatrali, quâ ditior factus (*βελτίων εἶ*), liber sis rel.“ Namque theatralem pecuniam certa se ratione relinquere simulat.

7) Intelligere videtur largitiones, quibus, qui accipiebant, parere danti, et omnino omnia turpia ob inopiam, quam perparum levabant *τὰ θεωρικὰ*, facere cogebantur. Schaef.

8) Sc. *συμβαίνει*. i. q: si bellum oritur. *ἵνα μὴ μεμνημένος τοῦ ὀνόματος τοῦ πολέμου ἐπαχθὴς ὀφθῇ, οὐκ ὠνόμασεν*. Ulpian.

9) *Τῶν δημοσίων δήπου χρημάτων, θεωρικῶν*.

10) Sexagenarius. Vid. p. 29. §. 4.

11) I. q. unâ eâdemque lege ac ordine, ut qui militarent soli stipendium acciperent, qui per justum tempus militassent, reipublicae domi operam dantes, adessent frequentes in senatu, concionibus, judiciis, pro quibus negotiis tum toties, quoties peragebantur, singuli pauperiores, qui volebant, accipiebant

μισθὸν βουλευτικὸν (singulam drachmam), ἐκκλησιαστικὸν (triobolum), δικαστικὸν (triobolum); cujus rei auctor fuit Pericles, qui idem θεωρικὸν distribuit. Boeckh. Oecon. T. I. p. 244 sqq. Schömann. Com. L. I. c. V. p. 65 sqq. Cf. Olynth. I. p. 14. §. 20. II. p. 27. §. 31. III. p. 31. §. 11.

§. 35. [1]) I. q. redactam esse volui. Herm. ad Viger. p. 746. Rüdiger.

[2]) Παῤῥησιαστικὴ ἐπιτίμησις τοῖς ἀργοῦσι. Est urbana et faceta oratio; negat se usquam dixisse iguavis esse largiendum, hoc est, se censere nunc nullam eorum habendam esse rationem. Wolf.

[3]) Ἀργεῖν ad corpus et militiam pertinere videtur; σχολάζειν, sc. τῶν κοινῶν, ad animum et providentiam. Wolf.

[4]) Ἐξὸν πλουτεῖν ἐκ τοῦ πολέμου. Ulpian.

[5]) Χάρητος, Χαριδήμου, Διοπείθους καὶ τῶν λοιπῶν. Wolf.

[6]) Ἔδει δὲ τοὺς Ἀθηναίους νικᾶν. De industriâ verbo plausibili est usus, ad excitandos gloriae ac victoriae dulcedine animos. Wolf.

[7]) De novi curiositate Atheniensium vid. Proleg. §. 13 n. 4 et n. ad Olynth. II. p. 24. §. 23.

§. 36. [1]) Τῆς τάξεως τῆς ἀρετῆς. Alludere videtur ad militares ordines, quos qui describebant, infamiâ notabantur. Wolf.

Sequutus est Periclem apud Thucyd. Lib. II. c. 36: ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων. — τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν, καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν. κτησάμενοι γὰρ

πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν κατέλιπον. Idem ibid. cap. 62: Τῶν δὲ πατέρων μὴ χείρους — φανῆναι, οἳ μετὰ πόνων καὶ οὐ παρ ἄλλων δεξάμενοι κατέσχον τε καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδοσαν ἡμῖν αὐτὰ (sc. τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐλευθερίαν), αἴσχιον δὲ ἔχοντας ἀφαιρηθῆναι ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. Cf. supra §. 26. n. 3.

2) Philipp. I. fin.: νικῶν δ' ὅ,τι πᾶσιν ἡμῖν μέλλει συνοίσειν. ibiq. citt.

In Libanii Argumentum ad Philip. I.

[1]) *Φέρομαι* cum adverbiis *καλῶς* et *κακῶς* bene et male mecum agitur s. rem gero, secundâ et adversâ utor fortunâ. Est verbum militare et armorum successum denotat. Budaei Comm. p. 392 sq. p. 371. Viger. p. 317. Cf. Liban. Argum. ad Or. de pace p. 55. §. 1. n. 2. Conjungitur quoque cum *ἄμεινον* et *χείρον*. Etiam res ipsae dicuntur *καλῶς* et *κακῶς φέρεσθαι*. Gallice se porter bien ou mal. Nonnunquam dicitur quis *εὖ φέρεσθαι ἔν τινι*. Thucyd. Lib. V. cap. 16: *φερόμενος ἐν στρατηγίαις*, cui bene cedit imperatoris munus. Vid. Steph. Thes. s. v. Nro. XXXIV. p. 9993 extr. sq. Successus hujus belli enarratus est in Proleg. §. 28 et quae praecedunt.

[2]) Hoc ex ipsius Orationis p. 40. §. 2. sumsit Libanius. Philippus a Thermopylis quidem regressus, sed in Thraciâ iterum emergens regnum amplificabat et metu Athenienses replebat Sed videsis Proleg. cit.

[3]) Has duas orationis partes vid. in Dispositione. — *Προσφέρεσθαί τινι* h. l. de re, tractare aliquid, sicut saepius de persona, ut *φιλανθρώπως τοῖς ἀνθρώποις προσφέρεσθαι*, humaniter tractare homines, uti humanitate erga homines. Wolf. Herodian. L. II.

c. VII. §. 1: Ἰουλιανὸς — τῇ τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥᾳθύμως προσφερόμενος et saepius. Vid. Irmisch. Ind. s. v.

4) Quod quidem et in primâ Olynthiacâ (p. 14. §. 17) suadet; sed illic jubet et Olynthum defendi et Macedoniam vastari: hic et emissarias copias Athenis ali et alias comparari, quae Philippum continenter oppugnent. Wolf.

5) I. q. ad amplectendas opportunitates.

6) Sc. τοῖς πολίταις. Wolf. Cf. not. crit.

7) Βοήθειαι et βοήθεια i. q. expeditio ad propulsandos hostes subito confecta, milites tumultuarii; oppositum ἀδιαλείπτως πολεμοῦσαν, i. e. perpetuo exercitu, qui semper in procinctu stat ad vim et inferendam et repellendam. Phil. I. p. 49. §. 32: μὴ βοηθείαις πολεμεῖν, ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. Cherson. p. 101. §. 47: οὐ γὰρ ἔστι βοηθείαις χρωμένους οὐδέποτ' οὐδὲν τῶν δεόντων πρᾶξαι, ἀλλὰ κατασκευάσαντας δεῖ δύναμιν καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαντας καὶ ταμίας καὶ δημοσίους καὶ ὅπως ἔνι τὴν τῶν χρημάτων φυλακὴν ἀκριβεστάτην γενέσθαι rel. Cf. Ind. Graec.

8) Ἐτησίαι (ab ἔτος) anniversarii venti, Passatwinde. Quotannis enim ab occasu solstitiali (nordwestlich) octo ante caniculae exortum diebus (circa diem XII Julii), Prodromi qui appellabantur, antecedunt, et post biduum ejusdem exortus (circa diem XXII) iidem venti, Etesiae dicti, diebus canicularibus constantius perflant aestatem quidem frangentes, sed septentriones versus navigantibus adversissimi valdeque reflantes. De dierum vero numero non consentiunt scriptores. Harduin. ad Plin. L. II. c. XLVII. S. XLVI. Tom. I. p. 97 sq. et p. 129. et Aristotel. de mundo c. IV. ibique Kapp. Vol. III. p. 9 l. 16. Sylb.

A. Gell. Noct. A. Lib. II. c. 22. §§. 30 sq. Tzschucke ad Pompon. Mel. Lib. I. cap. IX. §. 4. Vol. III. P. I. p. 276 sq. Schol. Bavar. ad Demosth. Phil. p. 48. §. 31. in Ed. Reisk. Vol. II. p. 46. Cf. Herodot. VI. c. 139 — 140. Vid. nunc Krusii Hellas. I. p. 249 sq. et Wachsmuth. Antiqq. Graec. (vernacule script.) Vol. I. p. 295. sqq.

[9]) Quia hiberno tempore periculosa omnis navigatio erat. Cf. Demosth. p. 48. §. 31.

[10]) *Παρά* per. Vid. ad Phil. I. p. 43. §. 11. n. 2.

In Demosthenis Philippicam I.

p. 40. §. 1. [1]) I. q. Si facultas dicendi daretur. De hac locutione comitiali vid. nos ad Olynth. III. p. 33. §. 18. n. 4. et Hemsterh. ad Lucian. Necyom. cap. 19. Vol. I. R. Vol. III. Bip. q. cit. Taylor in schedis.

[2]) Ordo: *ἐπισχὼν ἄν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων* (repete ex proximis: *γνώμην ἀποφήνασθαι*, Krüger ad h. l. pag. cit. et ad Dionys. Hal. p. 118) *γνώμην ἀπεφήναντο* (in qua locutione Articulum saepe omitti docuit Krüger ad Xenoph. Anab. L. I. c. VI. §. 9. p. 53. et ad n. l.), *ἡσυχίαν ἂν ἦγον* i. e. *ἐπέσχον ἄν, ἕως — — ἀπεφήναντο, καὶ, εἰ μὲν ἤρεσκε — ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον* rel. — *Ἐπισχών· ἐκ μεταφορᾶς τῶν προθυμουμένων ἵππων δραμεῖν καὶ ἐπεχομένων.* Ulpian. De Symmorr. p. 179. §. 5: *ὁ μὲν γὰρ ἐπισχὼν ἄν, ὧν ὥρμηκεν.* — Figuram hanc, qua duobus dictis duo adduntur, (ut h. l. duobus *εἰ μὲν* etc. et *εἰ δὲ* adduntur *ἡσυχίαν ἂν ἦγον* et *τότ' ἄν* etc.) rhetores dicunt *μερισμὸν καὶ ὑπομερισμόν*, Partitionem et Suppartitionem. Ulpian. Observanda quoque Antitheta. Hermogen. Invent. Lib. IV. cap. 2. p. 190. sq. Id. Form. Lib. I. cap. 11. p. 332. ib. p. 344. ib. Lib. II. cap. 11. de Isocrat. p. 493. Laur. q. cit. Taylor in schedis. — Ceterum hoc tenendum est: Post praeconium solemne: *Τίς ἀγορεύειν βούλεται*, ex vetere

Solonis lege primo loco provocandi erant *οἱ ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες*, post eos demum e reliquis *ἔντιμοι πολῖται* omnes. Dudum vero illud institutum neglectum atque obliteratum erat, et homines saepe adolescentuli, vix epheborum numero egressi, prudentiâ exiguâ, temeritate autem et loquacitate maximâ de maximis rebus primi disserebant et soli nonnunquam suggestum occupabant. Schoemann. de Comitt. p. 104. sqq. Non igitur ut primam suggesti occupationem excusaret, Demosthenes, tunc aetatis annum agens 34, sed ut omnium de eâdem re hactenus loquutorum consilia prava ac perniciosa fuisse statim in prooemio ostenderet et audientium animos attenderet, praeclare pudorem et modestiam coluit. Cf. Ulpian. ad h. l. Cum hoc prooemio Hermogenes (De Ideis Lib. I. cap. 11 *περὶ περιβολῆς* post med. p. 344) et alii (vid. Ulpian. ad h. l.) bene comparaverunt Isocratis prooemium Archidamianum: „*Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι, τὸν ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολήν, ὥστε, περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύσων. — Ἐγὼ δ', εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς· πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον*“ etc. Conf. quoque Elihu Busitae prooemium in Job. c. XXXII.

3) H. l. i. q. *ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ*. Ita dicunt *ἐκ νυκτός* pro *ἐν νυκτί*, et *ἐκ νυκτῶν*. Vid. Sturzii Lex. Xenoph. s. v. *ἐκ* Nro. 9. Item *ἐκ πολλοῦ*, *ἐκ παλαίου*, olim, ut *ἐκ τοῦ παραχρῆμα*, statim. *Ἐκ* praepositio cum suo casu Adverbii vice usurpatur. Viger. p. 598. Proxime §. 2 eadem locutio, cujus loci eadem sententia uno *ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου* cum *ἐν*

τοῖς παρεληλυθόσι mutato, Phil. III. p. 111. §. 5 repetitur. Cf. etiam Engelhardt. in Platon. Lachet. p. 23.

§. 2. [1]) Argumentum praeclarum. „Hermogenes (Form. Lib. II. cap. 9 med. περὶ δεινότητος p. 458. q. cit. Taylor in schedis) proponit hanc cogitationem in exemplis earum ἐννοιῶν, quas appellat παραδόξους καὶ βαθείας καὶ βιαίους καὶ περιτενομένας." Reisk. Merito. Namque, ut jam monuit Baco Verulam. Nov. Organ. L. I. Aphor. XCIV, „sequitur ratio omnium maxima ad faciendam spem, nempe ex erroribus temporis praeteriti et viarum adhuc tentatarum. Optima est enim reprehensio, quam de statu civili haud prudenter administrato quispiam [i. e. Demosthenes] his verbis complexus est: Quod ad praeterita pessimum est, id ad futura optimum videri debet. Si enim vos omnis, quae ad officium vestrum spectant, praestitissetis, nec tamen res vestrae in meliore statu essent: ne spes quidem ulla reliqua foret, eas in melius provehi posse. Sed cum rerum vestrarum status non a vi ipsâ rerum, sed ab erroribus vestris male se habeat: sperandum est, illis erroribus missis aut correctis, magnam rerum in melius mutationem fieri posse." Seagar. Diar. Class. L. II. p. 235. Schaefer. Lucchesini ad h. l. Est σχῆμα παρὰ προσδοκίαν. Ulpian Cf. Demosth. Olynth. I. p. 10. §. 4.

[2]) Cur demissi fuerint his temporibus Athenienses et desperaverint, rationem exponebamus in Prolegom. §. 29 et quae antecedunt. Cf. Liban. argum. h. orat. n. 2..

[3]) Ita significat rem fortunamque Atheniensium non esse malam, sed videri. Ulpian. et Wolf.

4) Ejusmodi, quibus auditores ad animum attendendum incitarentur, interrogationibus frequenter utebatur Demosthenes. Vid. Krüger l. c. p. 9.

§. 3. 1) Ἔπειτα sine δὲ respondet superiori πρῶτον μέν. Krüger l. c. Viger. p. 537. a. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 86. e. cap. 81. Verte: „Deinde considerare vos oportet et juniores, qui ab aliis audivistis, et seniores, qui ipsi nostis in memoriam revocantes.“ Demosthenes ab aliis jubet audire, qui ipsi non norunt; qui norunt, in memoriam revocare. Verbale ἐνθυμητέον h. l. cum Dativo Personae jungitur. Schaefer. Krüger. Ulpian. ad h. l. Αὐτὸς οἶδα i. q. οἶδα ἔμπειρος. Döderl ad Soph. Oed. C. v. 558. p. 368. sq. Utramque Verbalia Constructionem et Dativum et Accusativum Personae adsciscunt. Cf. Matth. Gramm. gr. §. 447. 4. ibiq. citt.

2) Belli Boeotici, quod hic spectatur, originem significabamus ad Olynth. II. p. 25. §. 24. Forbiger. Prolus. 1822. p. 4. ibiq. citt. Principatum, quem ante hoc bellum penes Lacedaemonios fuisse constat, inde denuo obtinuerunt Athenienses. Prolegg. §. 18. n. 4. Tourell. et Mounten. ad n. l. Mitford. Hist. gr. L. XXVI. c. VIII.

3) Sc. ἐστί. Lamb. Bos. de Ellips. p. 607. ed. Schaef. Ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολύς locutio adverbialiter usurpatur i. q. non ita pridem. Isocrat. Orat. ad Phil. Vol. I. p. 338 ed. Auger., quem vide. c. 19. §. 47: Οὗτοι (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἄρχοντες τῶν Ἑλλήνων (οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ) κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰς τοσαύτην μεταβολὴν ἦλθον.

Argumentum hoc est efficacissimum: Si vos ante hos 25 annos multo infirmiores potentissimis tunc Lacedaemoniis pro jure atque majestate, et solâ justitiâ commoti bellum intulistis: quanto magis vobis, nunc

potentioribus, convenit Philippo pro salute vestrâ et cogente necessitate bellum inferre. Forbiger. l. c. p. 5. Ulpian. et Wolf. ad n. l.

4) Ἠλίκην — ὡς duo Relativa ita saepe conjunguntur. Krüger ad h. l.

p. 41. 5) Hunc Demosthenicum duorum Synonymorum conjungendorum morem copiose ad h. l. exposuit Bremi. Cf. ann. ad Olynth. I. p. 10. §. 3. In nostro autem loco inest χλιμαξ quaedam egregia: ut cognoscatis (εἰδῆτε est Conjunctivus τοῦ οἶδα, non τοῦ εἶδον, de cujus significatione vid. Buttm. gr. gr. max. s. v. εἴδω, et Matth. gr. gr. s. v. οἶδα) et contemplemini i. e. evidentius cognoscatis. Krüger ad h. l. Quod orator se ipsum interrogat, dilucidam eo reddit orationem. Hermog. Form. Lib. I. cap. 4. p. 272. q. cit. Taylor in schedis.

6) Istius, sc. Philippi, cujus nomen per contemtionem saepe oppressit. Cf. Indic. s. v. Philippus.

§. 4. 1) Attende ad hanc Oppositionis formam. Cf. Olynth. II. p. 24. §. 22. ibiq. ann.

2) Vid. Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 1. n. 16.

3) Anno huic orationi praecedente (Olymp. CVI, 4. Chr. $\frac{353}{352}$) Philippus cum Onomarcho in Thessaliâ pugnans, plus quam XX millia peditum, et III millia Thessalorum equitum contraxit. Diodor. L. XVI. c. 35. Praeterea classem exstruxerat. Proleg. §. 17. n. 6.

4) In vocabulo χωρία inest notio praegnans. Significantur enim oppida munita oppugnantium (χωρία ἐπιτειχίσματα τῆ αὐτοῦ χώρᾳ §. 5. ibiq. annot.) Macedoniae vicina, unde Philippus vexaretur et undique (κύκλῳ) a mari cohiberetur: praecipue Amphipolis, Pydna, Potidaea, Methone, eorumque vicina. De quibus

oppidis eorumque situ videsis Proleg. §. 8, unde unum modo locum repetamus: Demosth. Phil. II. p. 70. §. 17: *εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν πρόειτο (Φίλιππος)· οὐδ' ἂν οἵκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο.* Proleg. §. 17 et 23.

5) *Μὲν — μέντοι* i. q. quidem — at vero. Particula *μέντοι*, concesso quodam, aliud magis urget, cum affirmatione adversans. Devar. de partt. p. 209. ed Reusm. Hoogev. de partt. p. 363. §. X. ed. Schütz. Herm. ad Viger. p. 843. ed. 2dae. Krüger ad Xenoph. Anab. L. II. c. 1. §. 19.

6) Polysyndeto utitur ad amplificandam rem, et orationem reddendam magnam ac sublimem. Hermogen. (ab A. G. Becker. cit.) de Eloquent. c. XI. 533. ed. Laurent., quem vid. p. 202.

7) *Εἴχομεν οἰκεῖον* conjunge: nobis conjunctum habebamus hunc tractum undique circumjacentem. — *Κύκλῳ* redit infra p. 42. §. 9. extr. *κυκλῳ πανταχῇ.* Xenoph. Hellen. Lib. VI. cap. 1. §. 9: *πάντα τὰ κύκλῳ ἔθνη ὑπήκοα μέν ἐστιν.* Sitas eas urbes in semicirculo inspice in mappâ geographicâ.

8) Illyrii, Thraces, inter quos nominatim Paeones, Thessali. De quibus Proleg. §. 14 et 24. Ceterum „*μετά τινος εἶναι* non raro dicuntur, qui alicujus imperio subjecti sunt.“ Krüger ad h. l.

9) Differentiam horum vocabulorum significabamus ad Olynth. I. p. 15. §. 23, ubi eadem locutio de populis modo (n. 8) dictis.

§. 5. 1) *Τοσαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας* i. q. superiore § *τὰ χωρία πάντα. Ἐπιτείχισμα* non solum est munimentum, quo quis se defendat et tueatur, sed potius unde aggrediatur, vexet, depopuletur

terrum hostilem, et hostem vicinum domet atque coërceat; quâ alterâ significatione plurimum additur Dativus, *ἐπιτείχισμά τινι*, sive, quod recentioribus est usitatius, *ἐπιτείχισμα κατά τινος*, ut *ἐπιτειχίζειν τί τινι* et *κατά τινος*. Inde hic, qui hujus vocabuli notionem uberrime exposuit, Hemsterhusius (ad Lucian. Nigrin. c. 23. Vol. I. p. 63 R. Vol. I. p. 263 sqq. Bip. cf. Taylor. schedae) maluit scribere *ἐπιτειχίσματα τῇ αὐτοῦ χώρᾳ*, castella ad Macedoniam obsidendam. Sed, quod et Schaeferus et I. Bekkerus monuerunt, idem h. l. significat Genitivus. Demosth. Rhod. Libert. p. 193. §. 12: *τῆς δ' αὐτῆς* (*τῆς Ἀρτεμισίας*) *ἀρχῆς ἐπιτείχισμα πρὸς τὸ μηδοτιοῦν παρακινεῖν*. Aliàs eadem *ὁρμητήρια*. Demosthenes Chers. p. 106. §. 66 dixit: *Φιλίππου κατασκευάζοντος ὑμῖν ἐπιτείχισμα τὴν Εὔβοιαν*. idem fals. legat. p. 409. §. 219: *ἐν Εὐβοίᾳ κατασκευασθησόμενα ὁρμητήρια ἐφ' ὑμᾶς*. — Ulpianus: *Ἐπιτείχισμα· τόπος ὑψηλὸς, ὃν ἂν προκαταλαβόντες πολέμιοι τειχίσειαν διὰ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς*. id. ad Chers. l. l. *Ἐπιτείχισμα· τὸ τειχιζόμενον κατά τινων χωρίον, ὅθεν ἦν τοὺς ἐπιτειχισθέντας κακῶς ποιεῖν*. Harpocr. Suid. Conf. Schaefer. ad Schol. Rhod. L. IV. v. 1750. Vol. II. p. 339. ibiq. citt. Ducker ad Thucyd. L. I. c. 122, quos citavit Krüger ad n. l. Aliter A. G. Becker ad h. l.

[2]) Accusativus, quod tironum causa moneamus, pendet ab Infinitivo *πολεμεῖν*, in quo omissum est *τινά*. Olynth. II. p. 19. §. 5. n. 1.

3) „Notabilis copulatio verborum non vere synonymorum, sed hic pro synonymis positorum. Chers. p. 90. §. 2: *πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν*. Vid. not.

ad Olynth. III. p. 32. §. 15," Schaefer. Cf. infra p. 45. § 20: *ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε.*

4) „Metaphora a palaestra sumta, ut recte monet Scholiastes. Eâdem alii passim utuntur. Catilina ap. Salust. p. 80. ed. Wasse. c. 20: „Quin igitur expergiscimini? en illa, illa, quam saepe optastis — in oculis sunt. fortuna omnia ea victoribus praemia posuit." Cyrus similiter in Orat. ad milites: „*τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται.* Cyrip. L. II. p. 41, l. 40. Leuncl. c. III. §. 2. Schn." Mounten. Id. Xenoph. ibid. L. VII. c. I. §. 18: „*ἐπίστασθε μὲν, οἶμαι, ὦ ἄνδρες, ὅτι νῦν ἆθλα πρόκειται τοῖς νικῶσι — ἀγαθὰ ἔχειν, — ἄρχειν, τοῖς δὲ κακοῖς δηλονότι τἀναντία τούτων.* Id. ibid. Lib. II. cap. 1. §. 19: *ἡ νίκη τὰ καλὰ πάντα καὶ τὰ ἀγαθὰ κτᾶται — τό τε κράτος πάντα τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται.* Quid mirum? communionem Socratici fontis agnoscas in Platone Legg. L. I. p. 626. b. Vol. VIII. Bip: *πάντα δὲ τῶν νίκωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι.* Vide Wyttenb. ad Lib. de Educ. Pueror. p. 8. D. Francf. p. 116. sq. Cf. ad Olynth II. p. 26. §. 28. Cum Demosthenico *κείμενα ἐν μέσῳ* cf. Xenoph. l. I. L. II. c. III. §. 8 *ἐν κοινῷ κεῖται.* Vid. Intrr. ad Epist. II. ad Timoth. cap. 4. vs. 8. Active dicitur *προτίθημι ἆθλα.*

5) Rebus gerendis adesse Athenienses semper fere jubet orator. Vid. quos citat Krüger Prolus. cit. p. 18.

6) Stobaeus, post diligentiam ipsius Demosthenis ex Aeliano (Var. Hist. VII. 7) laudatam, continuo hanc ipsam sententiam multis multorum ejusmodi dictis addit. Floril. T. 29. *περὶ φιλοπονίας.* nro. 60 et 61. p. 201. init. Gesn. Vol. II. p. 10 Gaisf.

Archidamus ad milites: *βούλεσθαι πονεῖν, πάντων κρατεῖν πέφυκεν.* Polyaen. Lib. I. cap. 41. extr.

§. 6. [1]) *Καὶ γάρ τοι* i. q. Et vero ita est, namque; enimvero; etenim profecto, nos: ja gewiss. Hoogev. de partt. p. 296. XVI — XVIII. ed Schütz. et Krüger ad h. l.

[2]) Urbes supra memoratas bello sibi subjecit Philippus, eodem jure se Amphipolim tenere dicit in Epistolà (in Demosth. opp. p. 164. §. 21.): „*ὑπάρχει μοι — τοῦτο τὸ δίκαιον, ἐκπολιορκήσας γὰρ τοὺς ὑμᾶς μὲν ἐκβαλόντας, ὑπὸ Λακεδαιμονίων δὲ κατοικισθέντας, ἔλαβον τὸ χωρίον (τὴν Ἀμφίπολιν). καί τοι πάντες οἰκοῦμεν τὰς πόλεις ἢ τῶν προγόνων παραδόντων ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταστάντες.*“ Neque alio jure Paeonas et Illyrios sibi asseruerat. Prolegg. §. 14.

p. 42. [3]) Ut Thessalos, et tum vero cum Atheniensibus reconciliatos Olynthios. De quibus vid. Proleg. §. 22 et 24.

[4]) Hanc sententiam e vita humana sumsit orator; nam ipsi socii atque amici alienos labores nolunt subire. Pind. Nem. X. v. 146 vulg:

παῦροι (sc. *φίλοι*) *δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν*
καμάτου μεταλαμβάνειν.

De Versu

καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες

cf. ad Olynth. I. p. 10. §. 5.

§. 7. [1]) Ordo verborum: *καὶ* (sc. *ἄν*) *ἕκαστος ὑμῶν, οὗ* (i. q. ubi) *δεῖ — εἰρωνείαν, ὑπόρξη ἕτοιμος πράττειν, — εἰσφέρειν, — στρατεύεσθαι* rel. incipit Apodosis per *καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν* rel. Ceterum hunc locum praeclare adhibuit Boeckhius in indice Lectionn. 18[13/14].

2) Simulationem dissimulationemque unâ notione significat, et in modestam et in fallacem partem (Casaubon. ad Theophrast. Char. I. init. p. 17 sq. ed. Fischer.); h. l. fallaciam, cavillationem, tergiversationem (Ränke und Ausflüchte) futiles praetextus interserendi, quibus onera in alterum transferantur (infra §. 25: *προφάσεις ἀφελεῖν*): Dissimulationem opum. Divites enim cives paupertatem, ut validi militiaeque obnoxii invalitudinem aliaque impedimenta simulabant; de qua lassitudine Orator cum alibi tum Olynth. III. p. 38. §§. 34 sq. — *Ἰστέον, ὅτι εἰρωνείας ἐστὶ ἐναντίον τῆς ἀλαζονείας. ἀλαζονεύεσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ πλείονα ἐπαγγέλλεσθαι δύνασθαι ποιεῖν ἢπερ δύναιτ᾽ ἄν, εἰρωνείᾳ δὲ τὸ λέγειν ἐλάττονα δύνασθαι ποιεῖν, ἄν τις δεδύνηται.* Ulpian. Schol. Bav. Lex. Seg. Bekk. I. p. 243. Etym. M. s. v. *ἀλαζών*. Cf. Fr. A. Wolf. Leptin. Prolegg. p. CXII. sq. et CXVIII. sq. Casaub. ad Theophr. Char. XXIII. init. p. 279. sq. Grammatici secuti sunt Aristotelem. Magn. Mor. Lib. I. cap. 7. Vol. X. p. 12. init. Sylb.: *τὸ μὲν γὰρ πλείω προσποιεῖσθαι τῶν ὑπαρχόντων ἔχειν, ἀλαζονείας, τὸ δὲ ἐλάττω, εἰρωνείας.* Cf. Dem. de pace p. 59. §. 11. n. 4. Xenoph. Cyrip. Lib. II. cap. 2. §. 5 (12). Vid. Ruhnk. ad Tim. s. v. p. 21 sq. Schaefer. ad Steph. Thes. s. v. *ἀλάομαι* p. 1775 sq.

3) De hoc vocabulo et toto loco vid. Olynth. II. p. 26. §. 29. et quae antecedunt §. 27.

4) De hac re vid. Olynth. III. p. 29. §. 4.

5) I. q. Ut paucis simpliciter sc. dicam, *ἵνα δὲ συνελὼν τὸν λόγον ἁπλῶς εἴπω.* Wolf. *Ut breviter et simpliciter dicam.* Schaefer.

6) I. q. *E vobismet ipsis*, non ab aliis, *pendere.* Schaefer Conf. et de hac locutione et toto loco

Olynth. II. p. 26. §. 30. et quae antecedunt. Vid. Krüger ad n. 1. De *ποιήσειν* et *πράξειν* conjunctis vide ad Olynth. III. p. 32. §. 15. n. 15.

7) Dem. Symm. p. 182. §. 15: *ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους, ὡς αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐ ποιήσων, τὸν δὲ πλησίον πάξοντα, οὐδὲν πώποτε ὑμῖν ἐγένετο.*

8) *Νομίζεσθαι*, recuperare, quo sensu saepius apud Nostrum legitur. Rüdiger. et Krüger ad. n. 1.

9) I. q. *διὰ ῥᾳθυμίας προειμένα ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀπολωλότα.* Wolf. Dem. c. Timocr. p. 765. §. 210: *εἰ καταῤῥᾳθυμήσετε· τῆς φιλοτιμίας τε ταύτης ἀποστερήσεσθε.*

10) Nota geminationem particularum *πάλιν* et *ἀνα-*; ut si dicas: rursus recipere. Wolf. Vid. Forcell. s. v. Rursum. Xenoph. Hell. L. V. c. IV. §. 63: *πάλιν αὐτὰς* (*τὰς πόλεις*) *ἀνελάμβανον*. ex ed. Schn. Sed tales pleonasmi frequentissimi. Vid. quos cit. Heller ad Soph. Oed. C. vs. 411. p. 333.

11) De vi vocabuli *τιμωρεῖσθαι* vid. ann. ad Olynth. III. p. 28. §. 1. — Ceterum illud infra illustratur p. 52. §. 43. Initio enim belli puniendum esse Philippum jactabant Athenienses.

§. 8. 1) *Πηγνύω* pango; confirmo, stabilio. Schneider. Lex. s. v. Demosth. c. Aristog. I. p. 797. §. 90: *ταῦτα τοίνυν Ἀριστογείτων τὰ καλῶς οὕτω πεπηγότα τῇ φύσει καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ὑμετέροις κινεῖ καὶ ἀναιρεῖ καὶ μεταῤῥίπτει.* Cum nostro loco bene comparavit Rüdigerus Olynth. II. p. 22. §. 15. — „*Πράγματα* intellige: res, potentiam, imperium. Cf. infra p. 53. §. 44.“ Krüger.

2) Hoc graviter additum est ex usu Adjectivorum proleptico. Cf. ann. ad. Olynth. II. p. 19. l. 18. §. 5. Schaefer. Et quae ibidem nos addidimus. Adde nunc Fritzsche Lucian. p. 39. sq.

3) Significasti videntur Illyrii, Thraces, inter quos nominatim Paeones (Olynth. I. p. 15. §. 23), fortasse jam tum temporis etiam Thessali (ibid. §. 22. et Olynth. II. p. 22. sq. §§. 15 sqq.). De quorum populorum conditione vid. Proleg. §. 14. 20 et 24 Thebani vero candide et sincere a Philippi partibus stetisse videntur (Olynth. I. p. 16. §. 26); sed Olynthii, quo haec habita est oratio tempore, jam abalienati erant. Cf. Proleg. §. 22.

4) *Κατεπτηχέναι· φοβηθῆναι.* Hesych. Consternatum, perterritum esse. Cf. superius *δεδιέναι*. Herodian. L. II. c. V. §. 8: *οὐδέν τι κατεπτηχότος. οὐδὲ καταδειλιῶντος.* Item poeticum *ὑποπτῆσσειν* et *πτῆσσειν*. Bachr. ad Plut. Philopoem. c. XII. p. 47.

5) De hominibus intellige, de quibus tali in Constructione Graeci pariter, ut nos Germani, passim utuntur genere neutro. Simillimum Xenophontis Oecon. c. VI. §. 13: *τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα* (Stobaeus [Floril. Tit. 87. nro. 28. p. 221. init. Gesn.] *πάντα τὰ τοιαῦτα*, quod magis etiam congruum cum hoc Demosthenico) post *τέκτονας, χαλκέας, ζωγράφους, ἀνδριαντοποιούς*. Schaefer. Bachr. ad Plutarch. Pyrrh. cap. 33. p. 248.

6) *Ἀποστροφήν· καταφυγήν.* Scholl. Harpocr. ibiq. Vales. Bekker. Anecd. I. p. 436, 27. Thucyd. L. VIII. c. 75: *οὔτε ἐκείνοις ἀποστροφὴν σωτηρίας οὔτε σφίσιν εἶναι.* Cf. Lexic. Xenoph. s. v. Krüger. ad Xenoph. Anab. L. II. c. 4. §. 22. i. q. refugium. Sed Dem. Timocr. p. 702. extr. §. 9: *ἐνούσης δὲ οὐδεμιᾶς ἔτ' ἀποστροφῆς τοῦ μὴ τὰ χρήματ' ἔχειν ὑμᾶς.* i. q. effugium, mora.

§. 9. 1) Quo petulantiae. Genitivus pendet ab Adverbio *οἱ*. Matth. Gr. § (319) 341, (357) 324.

cf. Demosth. Mid. p. 520. §. 17. — De petulantia et superbia (cf. supra §. 3.) Philippi paulo copiosius egebamus ad Olynth. I. p. 15. §. 23. n. 4.

[2]) Pylas ab Atheniensium copiis occupatas relinquere coactus erat Philippus. Hinc fortasse irae, fremitus minae. Lucchesini. Conf. Olynth. I. p. 15. §. 23. — Ἀπειλεῖν h. l. absolute usurpatum est ut Homer. Iliad. Φ. vs. 368: ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπε.

[3]) Conf. Olynth. I. p. 13. §. 14.

p. 43. [4]) Κύκλῳ παντᾳχῇ, ut κύκλῳ πάντῃ, πάντοθεν Graecis usitatum (circum undique saepe apud A. Gellium). Vid. Lex. Xenph. s. v. κύκλῳ, ubi etiam Arrian. L. I. c. 27. §. 4, qui ἐν κύκλῳ ὅφων πάντῃ. Apte comparavit Rüdigerus Hom. Od. R. VIII. v. 278: ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ. Ita Xenophon saepe κύκλῳ περι.

[5]) De significatione h. verbi vid. ann. ad Olynth. II. p. 24. §. 23.

[6]) Vocabulum venatorium i. q. στοίχους περιβάλλεται, indagine cingit. Harpocr. indeque Suidas s. v. Etym. m. p. 699, 38. Vid. Interprr. ad h. l. ibiq. citt. et Budaei Comm. p. 347. Wyttenb. Epist. crit. ad Jul. p. 50 (Opusc. Vol. I. p. 54). Phil. II. p. 72. §. 26.

§. 9. [1]) Simillimus locus Dem., quem Mounteney citavit, Cherson. p. 102. §. 51: τί μέλλομεν; ἢ πότε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν νὴ Δι' ἀνάγκη τις ᾖ; Ἀλλ' ἦν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι, σὺ μόνον πάρεσθιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε, τὴν δὲ τῶν δούλων ἀκεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ. Repetitus in Pseudo-Dem. Phil. IV. p. 138. §. 27 et ad Phil. Epist. p. 157. §. 17. — De Repetitione πότε — πότε vid. ad p. 45. §. 18. n. 8.

Hermog. Form. Lib. I. cap. 7. p. 298. Ej. Meth. cap. 10. p. 531. q. cit. Taylor. in schedis. — De ἐπειδὰν τί vid. Matth. gr. gr. §. 488 extr. inprimis Krüger. ad n. l. cf. infra p 50. §. 36. n. 4.

2) Sc. εἰ μὴ ἀνάγκην. Reisk.

3) Εἰπέ μοι est formula hortandi, quae etiam tum ponitur, quum quis plures cohortatur, vimque interrogationis multum auget. Bremi et Schaefer. Recte comparavit id εἰπέ μοι quasi particulae naturam induens cum ἄγε Hoogeveen. de partt. p. 618. XXXII. „Videlicet orator e multitudine unum aliquem sibi adversarium fingit eâdem ratione, quâinfra p. 53. §. 44.“ Krüger. ad n. l.

4) I. q. ἀλλήλων (cf. Schaef. ad h. l.), quod Longinus (c. XVIII. 1) pro αὑτῶν exhibuit in hoc loco ut exemplo interrogationum et responsionum referendo, quibus oratio intendatur multoque vehementior, sublimior et fide dignior reddatur. Eundem locum admiratus est Hermogenes de Form. L. I. c. VII. περὶ τραχύτητος p. 298. De eloquent. c. X. de interrog. p. 531. sq. cf. infra p. 52. §. 44. n. 1. et p. 54. §. 48. Imitatus est Heliodor. Aethiop. Lib. I. cap. 25. p. 78. ed. Schmid.

5) De curiositate novitatis et loquacitate Atheniensium vid. Proleg. §. 13. n. 4.

6) Vid. ad Olynth. III. p. 33. §. 16. n. 5.

7) I. q. tanquam arbiter, qui principatum teneat, res Graecas (τὰ Ἑλληνικὰ, τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια) administrat. Conf. Olynth. III. p. 36. §. 27. et de Coron. p. 247. §. 68.

8) Sermocinantes duos otiosos induxit Orator, quorum alter haec duo uno tenore et mobili animo interrogavit: Λέγεταί τι καινὸν, τέθνηκε Φίλιππος; Alter,

se certiora scire prae se ferens, respondit: *Οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ.* Crebriores tum Athenas perlati esse rumores videntur, saepius enim vulneratus (Dem. Coron. p. 247. §. 67) et multis laboribus fatigatus fortasse tum aegrotabat Philippus, et quod sperabant, facile credebant levissimi (Demosth Olynth. III. p. 34. § 19). Ne vero cogitemus de morbo, cui in Heraeo castello oppugnando succubuit cujusque rumor demum Olymp. CVII. 2. a. Chr. 351 Athenas perlatus est. Prolegom. §. 29. — Cum nostro loco Dem. fals. leg. 434. §§. 288 sq. comparandum esse optime jubet Jacobs. Cf. etiam Olynth. I. p. 16. §. 26.

§. 11. [1]) Notissimus *εὐφημισμός* i. q. *θάνη*, ut Latini dicunt: „aliquid humanitus accidere.“ Viger. p. 278 sq. Cic. Catil. IV. c. 2: „si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar.“ — Verissimum dixit Demosthenes, Philippus si mortuus fuisset, alium Philippum eadem consilia persecuturum esse; tales enim jam fuerunt Jason Pheraeus (Xenoph. Hell. Lib. VI. cap. I. et cap. IV. §. 20 — 32) et Charidemus Orita (Prolegg. §. 27).

[2]) Conf. Olynth. I. p. 11. §. 9. — *Παρά*, per. Matth. §. 588. *d.* p. 1175. Cf. Fritzsche Lucian. p. 124.

§. 12. [1]) Aut petendum quod inferius sequitur *ἴστε*, ut ordinanda sint verba ita: *καίτοι καὶ τοῦτο ἴστε, ὅτι, εἴ τι πάθοι* sc. *ὁ Φίλιππος, καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης s. ἡ τυχὴ* — Glücksumstände Matth. Gramm. §. 285 — *ἡμῖν ὑπάρξαι* — juvet Olynth. II. p. 22. §. 14. n. 2. — (*ἥπερ ἀεὶ βέλτιον* sc. *ἐπιμελεῖται* — cf. Olynth. III. §. 29. n. 1. —, *ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα*) *καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης τοῦτ'* (sc. *τὸ παθεῖν τι*) *ἐξεργάσαιτο· πλησίον.* Quanquam etiam illud scitote, s. quanquam ita habetote rel. Viger.

p. 269. Aut si tale Hyperbaton displicuerit, et vero nobis displicet, supplendum est *λέγω*, s. *φημί*, *ἴστε*, *σκοπεῖτε* etc. De qua ellipsi vid. Lamb. Bos. p. 377. p. 636. b. ed. Schaef. Glasii Philol. sacr. Lib. IV. Tract. II. Obs. II. p. 1205. ed. Olear. ad 2 Corinth. IX. v. 6. Recteque I. Bekkerus plene interpunxit post *καίτοι καὶ τοῦτο*, quod Augerus, supplens *ἐστί*, explicuit: et tamen sic se res habet, vertit autem: quanquam et illud intelligo. Immo ita potius: Quánquam etiam hoc sc. dico (aut, si mavis, supple: considerate) accedit et similia, illud autem nos praeferimus). Solent enim *τοῦτο* absolute, et sine Verbo et sine Conjunctione proximi, in ejusmodi brevibus enunciatis usurpare. Dem. Cor. p. 268. §. 123. ibiq. Intrr.: *Καίτοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι*. ubi item plene interpunxerunt I. Bekkerus, Dissenius et alii post *Ἀθηναῖοι*. Id. ibid. p. 259. §. 99: *ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων* sc. *λέγω*. Comparanda quoque structura formulae usitatissimae *τοῦτ' ἐκεῖνο*, cujus expleta non nusquam legitur Ellipsis. Plat. Charmid. p. 166. B. §. 30. ibiq. Heind. p. 91: *τοῦτό ἐστιν ἐκεῖνο*, id ipsum est. Plenius etiam Aristoph. Acharn. vs. 41: *τοῦτ' ἐκεῖν' ὀὐγὼ 'λέγον*, hoc ipsum dicebam. Vid. Matth. Gr. gr. §. 471. ibiq. citt. et D'Orvill. ad Char. p. 180 Amst. p. 309 extr. Lips. Quum haec operarum jam manibus tractarentur, oblatae mihi sunt Fritzschii Lucian. Quaest. p. 32 et Engelhardti Programm. p. 35 sq., quos idem sentire magna cum voluptate video.

4) Vulgo cum Genitivo i. q. remoti, disjuncti. Lennep. ad Phalar. p. 168. sq. Hunc autem locum, qui Wolfium secuti sunt, intellexerunt: pendentes ab apparatibus et consiliis. Plutarch. Cons.

ad Apoll. p. 105. E: *ἀπηρτημένος δὲ τούτοις ὁ κωμικός*, ab his pendet comicus. — At Lennep, cui assentiuntur Jacobs, Schaefer, A. G. Becker, alii, melius ita: *ἀπηρτημένοι* i. q. *κεχωρισμένοι* sc. *τῶν πραγμάτων*, quum rebus non adsitis s. quum longius aberretis in apparatu et consiliis. Quam explicationem probare videtur oppositum *πλησίον μὲν ὄντες*, et quod saepius Athenienses *παρεῖναι* (*τοῖς πράγμασι*) Demosthenes jubet, ut supra §. 5. Vid. Indic. s. v. *παρεῖναι*. Dionys. Hal. *Δεινοτ. Δημ.* c. XXII. p. 177. Sylb. Vol. VI. p. 1022. R: *ἡμεῖς οἱ τοσοῦτον ἀπηρτημένοι τοῖς χρόνοις*, nos qui adeo sc. ab auditoribus Demosthenis remoti sumus temporibus.

§. 13. [1]) *Τοιοῦτος ὁ Δημοσθένης, τὰ ἀμφιβαλλόμενα λαμβάνων ὡς ὁμολογούμενα.* Ulpian.

[2]) *Ἦν* h. l. subjectum, *ὑμᾶς* objectum est verbo *ἀπαλλάξαι*, quocum Infinitivo conjungenda *ἄν*, ut proxime *ἂν παρασκευασθῆναι*. Schaef. Melet crit. p. 60 sq. Schol. ad Soph. Oed. R. v. 579. p. 243. Erf.: *τὸ ἂν πρὸς ἑλέσθαι συναπτέον καὶ οὐ πρὸς τὸ δοκεῖς* rel. Matth. Gr. gr. §. (516. extr. cf. 524, 4, ubi exempla) 598. a.

p. 44. [3]) *Καὶ δή* i. q. *ἤδη*, protinus, statim. Schaefer. Cf. Hermann ad Vig. p. 829. Sturz. Lex. Xen. s. v. *καὶ*. 23. a. p. 621. — Sed *καὶ δὴ καὶ* auget sermonem: atque etiam. Hoogev. de partt. p. 300 sq.

§. 14. [1]) *Πρότερον προλαμβάνετε* vid. supra p. 42. §. 7. n. 9. De conjuncto Aoristo *κρίνατε* et Praesenti *προλαμβάνετε* vid. Matth. Gr. gr. §. 501. p. 949. Cf. proxime §. 16 *παρασκευάσασθαι — ἔχειν·* et §. 18. cll. Bekker Anecd. Vol. I. p. 127, 10. —

Καινήν. „Ipsum novum apparatum proxime describit“ (Rüdiger.), qualem Athenienses hucusque non instruxerant, aptum illum atque parem rebus cum successu gerendis. Schaefer.

2) Vid. ann. ad Liban. Arg. in h. orat. p. 39. n. 7.

§. 15. 1) *Ἐπαγγέλλεσθαι* non rogatum aliquid promittere. *ὑπισχνεῖσθαι* rogatum promittere. Thom. Mag. s. v. *ὑπισχν.* p. 871. ibiq. intrr. — Utrumque conjunctum Dem. f. l. p. 397. §. 178: *ὑμᾶς ταῖς ὑποσχέσεσι καὶ τοῖς ἐπαγγέλμασι τοῖς τούτου καταληφθέντας τότε.* In nostro loco illa differentia non magis urgenda quam *ποιήσειν* et *πράξειν* supra p. 42. §. 7. n. 6. Cf. Bremi ad h. l. ibiq. Schaefer. Hermogen. Form. Lib. I. cap. 1. p. 343. q. cit. Taylor in schedis.

§. 16. 1) De hoc triremium numero módico vid. nos ad Olynth. III. p. 29. §. 5. n. 3. „Ut aliquid modo gerant, cum tanta sit necessitas, facilia proponit.“ Lucchesini.

2) Athenienses militiam detrectabant. Vid. Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 3. n. 1.

3) Pro vulgari neutrius generis locutione: *τῷ ἡμίσει τῶν ἱππέων.* De quo Graecismo vide Viger. p. 99. et Fr. A. Wolf. ad Leptin. p. 223 citatos a Rüdigero. Matth. gr. gr. §. (353) 442, 2.

4) *Ἱππαγωγοί*, quibus equites et equi vehe-rentur (Schol. Aristoph. Nubb. v. 594. et Suid. s. v. Cf. Baehr. ad Plut. Pyrrh. c. XV. p. 183) h. uno l. *τριήρεις* dicuntur. Velocioribus quidem triremibus pugnabant vel in aliarum navium praesidium utebantur; tardioribus autem milites transportabantur, ideoque infra p. 46. §. 22 opponuntur *ἱππαγωγοὶ* et *ταχεῖαι τριήρεις*, ut Thucydides, L. VI. c. 43. ibiq. Göller, *τριήρεις* et *στρατιωτίδας* opponit: *ὧν* (*τριήρων*) *αἱ μὲν*

ἑξήκοντα, ταχεῖαι, αἱ δ' ἄλλαι, στρατιωτίδες. Ubi quidem a scholiasta τριήρεσι στρατιωτίσι etiam ἱππαγωγοὺς adnumerantur, sed alibi ab illis distinguntur, et πλοῖα dicuntur, docente ibidem Duckero. D'Orville ad Char. p. 317 Amst. p. 392 Lps. Id. ibid. p. 674 A. p. 612 L. q. cit. Taylor in schedis. Vide Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 301 et p. 310. Schaeferum ad h. l. et Valckenar. ad Herodot. Lib. VI. c. 48. cf. Potter. Arch. Vol. II, p. 259. sq. cll. not crit.

5) Τὰ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια καὶ ὑπηρετικά. Ulpian.

§. 17. 1) Ταύτας, h. l. i. q. bene vobis notas, namque paulo antea erant factae. De illa pronominis significatione vide Heindorf. ad Platon. Phaedon. §. 38. Vol. IV. p. 60. ibiq. citt. Adde Stallbaum. ad e. l.

2) Proleg §. 25. Harpocr. s. v. Πύλαι.

3) Proleg. §. 27.

4) Proleg §. 22.

5) Δεῖ — παραστῆναι. i. q. eo animo esse, sibi persuadere, credere debet. Quam locutionem exposuit D'Orville ad Charit. p. 391 sq. Amst. p. 437 sq. Lps. q. cit. Taylor in schedis. — De Euboea: brevi tempore ante hanc Orationem habitam bis Athenienses in Euboeam copias trajecerant. Proleg. §. 15 et 21. Scholiasta posteriorem expeditionem significari dicit, „πρὸ τριῶν ἐτῶν" i. e. Olymp. CVI, 3.

6) Eustath. ad Il. β. vs. 494. p. 264, 10 Rom: Τὴν Ἀλίαρτον ποιηέντα, ὡς Πύλον ἡμαθοέντα, μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Δημοσθένης. Demosth. Cor. p. 258. §. 96: Ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Λακεδαιμονίων γῆς καὶ θαλάττης ἀρχόντων καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων ἁρμοσταῖς καὶ φρουραῖς, Εὔβοιαν, Τάναγραν, τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν, Μέγαρα, Αἴγιναν, Κλεωνάς, τὰς ἄλλας νήσους, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε

κεκτημένης, ἐξήλθετε εἰς Ἁλίαρτον, καὶ πάλιν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον εἰς Κόρινθον (εἰς συνέδριον κοινὸν contra Lacedaemonios constitutum. Diodor. L. XIV. c. 82) Olymp. XCVI, 2 a. Chr. 394. Urbibus enim Graecis contra Lacedaemonios conspirantibus et Atheniensibus ad bellum propensis, Thebani Locrensibus Opuntiis persuadebant, ut Phocenses vexarent; quo facto Phocenses, ut illi suspicati erant, in Locridem, et Thebani Locrensibus opem ferentes in Phocidem invadebant. Mox Phocenses opem exposcebant a Lacedaemoniis, qui perlibenter occasionem belli adversus Thebanos movendi arripiebant jam dudum offensi. Miserunt illi copias Pausania Lysandroque ducibus ad Haliartum Boeotiae oppidum, ad Copaidem lacum situm, Thebanorum praesidio firmatum et Atheniensium, qui auxilia implorata paraverant. Lysander solus Haliartum adortus et occisus est. Lacedaemonii, quos secum habebat, fugati. Sero adveniens Pausanias pacem petiit, domum autem reversus, capitis damnatus, exul mortuus est. Xenoph. Hellen. L. III. c. V. ibiq. Schn. Mitford. Hist. Graec. c. XXIV. §. 4. p. 66 sqq; et c. XXV. §. 1. p. 90 sq. ubi de tempore; item Schneid. ad Xenoph. l. l. L. IV. c. II. §. 9. cll Corsin. Fast. Vol. II. p. 88. sqq. Scholiasta autem: τὸ ἐν Ἁλιάρτῳ πρὸ — ἓξ ἐτῶν ἐγένετο ἢ ὅτι πρὸ πολλῶν γέγονεν ἡ ἐν Ἁλιάρτῳ μάχη. Illud amplectitur Tourrellius, eam expeditionem factam esse putans contra Philippum in Boeotia contra Phocenses agentem. At vid. Jacobs ad h. l.

p 45. §. 18. [1]) Particula ἄν cum Optativo ποιήσαιτε involvit notionem: fieri posse. De εἰ cum Optativo et ἄν (Modo potentiali) vid. Matth. gr. gr. §§. 514. et 525. ann. 7. Stallb. ad Plat. Vol. I. P. III. p. 150. Conv. cap 34. p. 218. e. — Probatur sententia

eventu rei, qui per Hypothesin sumitur. Hermog. Partit. cap. 9. extr. *περὶ πραγματικῆς* p. 64. q. cit. Taylor. in schedis.

2) Requiritur *ὄντας*. Vid. Schaef. ad h. l.

3) Vid. Olynth. I. p. 15. §. 20. n. 6.

4) *Ἐξάγγελος· ἄγγελος ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων.* Hesych. Qui clandestina consilia enunciat. Sturz. Lex. Xen. Vol. II. p. 202. Rüdiger. Cf. Wasse ad Thuc. L. VIII. c. 51. Pseudo-Lucian. Demosth. Encom. c. 33. Vol. IX. p. 161. Bip: *δημηγορίας ἐξαγγελθείσης* (sc. *τῷ Φιλίππῳ*) *Ἀθήνηθέν ποτε καθαπτομένης τοῦ Φιλίππου.*

5) Proditores, quos multos cum ubique tum Athenis alebat aurum et gratia Philippi, hic Demosthenes significat, fortasse Aristodemum et Neoptolemum histriones (Tourrell.), qui iidem postea fuerunt pacis auctores. Demosth. f. l. p. 344. §. 12. Anonym. Argum. in cand. orat. p. 335. Prolegom. Or. de Pace §. 3. Neque vero jam cogitandum est h. l. de Aeschine, post primam demum legationem (de pace) corrupto a Philippo. Cf. Demosth. f. l. p. 344. §. 10 sqq. §. 13. p. 438. §. 302. A. G. Becker Demosthenes ut Orator. Vol. I. p. 67. Olivier. Hist. Phil. Vol. II. p. 70. — Proditorum atrum catalogum vide apud Valcken. Orat. Phil. p. 241. n. 20. ibiq. citt. Olivier loc. cit. p. 41. not. 1. Weiske de hyperb. I. p. 31 sqq.

§. 19. 1) Perfecta *δεδόχθαι* et *παρεσκευάσθαι* h. l. ad cunctationem tollendam et ad celeritatem urgendam, quippe quum necessitatem involvant, ut istaec probata et instructa sint. Dem. Chers. p. 91. §. 3: *περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ*

παρεσκευάσθαι. Vid. Bremi ad h. l. cll. ad Olynth. II. p. 19. §. 4. n. 4. Matthiae Gr. gr. §. 500.

2) Sc. εἴπῃς. Frequens ea ellipsis post μή μοι, sequente Accusativo. Lamb. Bos. Ellips. grr. p. 686. ed. Schaef. Idem ad n. l. Cf. supra p. 43. §. 12. n. 1. Fritzsche Lucian. p. 120. Ἔστι καὶ ἀπαγορευτικὸν σχῆμα, ὃ ἐπιμεῖναν πνεῦμα γίνεται. Hermogen. Invent. Lib. IV. cap. 4. post med. p. 206.

3) I. q. τὰς ἐν ἐπιστολαῖς γραφομένας μόνον δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἢ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρουμένας. Bekker. Anecd. Vol. I. p. 253, 16. Etym. M. p. 365, 5. a Schaefero laudata. Confer infra p. 48. §. 30: ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε τῷ Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Epistolis enim spem ducum foris agentium alebant Athenienses, fore ut submitterentur copiae, quae quidem decretae erant, nec vero mittebantur. Cf. infra p. 52. §. 43. et p. 53. §. 45. et Olynth. III. p. 32. §. 14. Vid. Boeckh. Oeconom. I. p. 291. sq. Alii alia. Juvat comparare nostrorum majorum Decretum anni 1713: „Dass es nicht genug sey viel stattlicher Reichsbeschlüsse zur Fortsetzung und Ausübung des gegenwärtigen Reichskrieges [des spanischen Erbfolgekrieges] und Besten der gemeinen Sachen, wann man solche einiger Orten [i. e. aliquatenus] mit besserm Effect, als bisher geschehen, in dem Werke selbst nicht vollziehe.“ Vid. Schlosseri Hist. Sec. XVIIImi Vol. I. p. 27. Palmerius autem ad n. l. haec: „Conductitios illos exercitus. Intelligit, credo, minas per epistolas ad Philippum missas.“ Exercitt. ad Dem. p. 623. Ἐπιστολιμαῖον significat quicquid fit per solas literas; quodsi Palmerius recte vidisset, Demosthenes dixisset ἀπειλαὶ ἐπιστ. ut dicunt ξυνουσίαι

ἐπιστολιμαῖοι (Phot. Vit. Apoll. Lib. IV. cap. 46. p. 187. ed. Oléar.), ξυμβουλίαι ἐπιστ. (ib. Lib. VI. cap. 8. p. 285). Sed in Basil. Epist. ad Liban. in hujus Epist. CDXCIII. p. 725. ed. Wolf. significat ἐπιστολιμαία δύναμις scribendi facultatem. De terminatione αία vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 559.

4) I. q. nisi ea potestas mercenariorum civitatis erit, i. e. civitatis imperio subjecta; nisi mercenariorum copiae, reipublicae solius imperio obnoxiae erunt et imperatori publice creato obtemperabunt. Aliquoties enim mercenarii suum ducem et sua lucra sequentes reipublicae imperium detrectabant. Vid. Schol. August. ad h. l. et nos ad Olynth. II. p. 26. §. 28. n. 2. Proleg. §. 18. ibiq. cit., ubi Charetis exemplum expositum huic loco lucem affert. Cf. infra p. 46 §. 24. Ἀλλ' ἢ nisi (Stallbaum ad Plat. Apolog. cap. 22. p. 70) h. l. variâ Constructione; praecedit enim Accusativus, sequitur, suppressus quidem, Nominativus, quod rarius fit. Cf. Aristoph. Acharn. v. 1110 (ab Hoogev. de part. p. 20. nro. VII. ed. Schütz. citatus). — Τῆς πόλεως ἔσται non recte intellexit Reiskius et qui eum secuti sunt, πολιτικήν, namque non e civibus solis constare has alteras copias, sed penes civitatem et rempublicam earum imperium esse debere jubet orator. Cf. §. proximam. et infra §. 27: ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις.

5) Excidisse videtur nonnullis καί ante κἄν, certe intelligendum, ut sit i. q. καὶ, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους — χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεσθαι rel. ut Phil. III. p. 119. §. 32: τίθησι — τὸν — ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους πέμπει. pro: καὶ, κἂν — μὴ παρῇ, — πέμπει. Facile omisit in n. l. καί Demosthenes, quia, quanquam variatâ structurâ, extremum enunciatum cum

his conjungitur ita: *καὶ — κελεύω*. Infra §. 59. n 8. *κἂν* i. q. *καὶ, ἂν* ad diversas enunciationes referendum.

9) I. q. commeatum sine stipendio. Vid. infra p. 48. §. 29. Conf. ad Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7. et infra p. 47. §. 28.

§. 20. 1) Vid. infra p. 48. §. 29.

2) I. q. poteritis. Vid. ad Olynth. II. p. 25. §. 25. n. 1.

3) *Ξένοι* non solum peregrini, sed mercenarii. Vales. ad Maussac. not. in Harpocr. s. v. *Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ*. Schol. Wasse et Ducker ad Thuc. II. 75. Coepit orator benevolentiam captaturus de mercenario milite docere; interim longam sive parenthesin sive *ἐκβολήν* interponit; tum quasi oblitus incepti sermonis, deinceps ad universum exercitum pedestrem describendum transgreditur. Hanc ejus artem *ὑπερβάτων* construendorum admirantur veteres. Longin. c. XXII. §. 4: *Πολλάκις γὰρ* (sc. *ὁ Δημοσθένης*) *τὸν νοῦν, ὃν ὥρμησεν εἰπεῖν, ἀνακρεμάξας καὶ μεταξὺ ὡς εἰς ἀλλόφυλον καὶ ἀπεοικυῖαν τάξιν ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις διὰ μέσου καὶ ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλῶν, εἰς φόβον εἰσβαλὼν τὸν ἀκροατὴν ὡς ἐπὶ παντελεῖ τοῦ λόγου διαπτώσει* (tanquam de tota orationis dissolutione, tanquam tota oratio dilabatur), *καὶ συναποκινδυνεύειν ὑπ' ἀγωνίας* (anxie) *τῷ λέγοντι συναναγκάσας, εἶτα παραλόγως διὰ μακροῦ τὸ πάλαι ζητούμενον εὐκαίρως ἐπὶ τέλει που προσαποδοὺς, αὐτῷ τῷ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις παραβόλῳ* (audacia) *καὶ ἀκροσφαλεῖ πολὺ μᾶλλον ἐπιλήπτει. Φειδὼ δὲ τῶν παραδειγμάτων ἔστω διὰ τὸ πλῆθος.* Vid. A. G. Becker ad h. l.

4) I. q. in efficiendo ne parva quidem agitis. Olynth. III. p. 32. §. 15. n. 5. Cf. de re ibid. §. 14.

§. 21. [1]) Particula haec i. q. igitur, inquam, post parenthesin frequentissima orationem interruptam redintegrat. Schaef. ad Dionys. H. Comp. c. 16. p. 190. Stallbaum ad Plat. Apolog. p. 21. A. p. 24. Id. ad ejusd. Conviv. p. 184. e. p. 60.

[2]) *Στρατιῶται* h. l et infra p. 48. §. 28. et p. 49. §. 33 equitibus opponuntur i. q. *πεζοί*, quos proxime nominat. Xenoph. Hell. L. I. c. III. §. 8 (10. Schn.): *στρατιώτας καὶ ἱππεῖς*. Sunt autem *στρατιῶται* omnes *μισθοφόροι*, i. e. quibuscumque stipendium solvitur, milites, etiam *ναῦται*. Vid. Schneid. ad eund. L. II. c. I. §. 1.

[3]) De delectu Atheniensium vid. ad Olynth. III. p. 29. §. 4. n. 5.

[4]) „Vide quam leni passu Oratori incedendum sit, ut Atheniensibus, *τοῖς πάλαι ποτ' ἀλκίμοις* [Aristoph. Vespp. v. 1055], rem longe invisissimam probet." Schaefer.

p. 46. [5]) De Dativo cum Substantivo conjuncto vid. Olynth. I. p. 15. §. 22. n. 7. Xenoph. Cyripaed. L. I. c. IV. §. 17: *ἡ διαδοχὴ τῇ πρόσθεν φυλακῇ* (ut ibid. VIII, 6, 18: *τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι*). Pausan. L. X. c. 22. §. 2: *ἀστόργων βαρβάρων ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις ὑβριζόντων.*

[6]) Ducenti equites pro pedestrium numero, qui quidem vulgo erant deni pro singulo equite (10: 1). Boeckh. Oeconom. Vol. I. p. 283 sq.

[7]) Vid. supra p. 44. §. 16. n. 4.

§. 22. [1]) I. q. Haec hactenus, qua voce utuntur Graeci in omni genere sermonis, ubi ad alia progrediuntur. Reisig. ad Enarrat. Soph. Oed. Col. v. 1303. p. CLVIII. sq. Schaefer. Stallbaum. ad Plat. Apolog. p. 19. a. cap. 2. ibiq. cit. Id. ad ejusd.

Phaedon. p. 95. a. cap. 44. Car. Sigonii Emend. Lib. I. cap. 4. in Gruteri Lampade Vol. II. p. 151.

2) Philippum classem exstruxisse, monebamus Proleg. §. 17. n. 6.

3) Sc. triremium velociorum praesidio. Vid. supra p. 44. §. 16. n. 4.

4) *Τηλικαύτην* et proxime *τοσαύτην*, sensu deminutivo, tantillam. Auger.

5) *Ἀποχρῆν* attica forma; ionica *ἀποχρᾶν*. [Herodot.] Bekker. Anecd. I. p. 81. l. 31. p. 439. l. 20. Schaefer. Zonar. s. v. *ἀποχρῆν*. p. 274. Tittm. Cf. Matth. gr. gr. Buttm. gr. gr. maj. s. v. Jota subscriptum rejicit Fr. A. Wolf. Liter. Analect. II. p. 426. Cf. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 260.

§. 23. 1) H. l. i. q. latronum sive militum grassantium modo bellum gerere, quibus frumentum quidem, nec vero stipendium sit solvendum, sed praedâ libere vivendum (als Freybeuter). Vid. infra p. 48. §. 29. cf. ad Olynth. II. p. 23. §. 19. n. 1. Qui in fines Macedoniae excurrerent populabundi magis quam justi more belli; non castris positis, non exspectato hostium exercitu raptam praedam portantes redirent (Liv. Lib. I. c. 15). Cf. ad Phil. I. p. 49. § 32. n. 8. Hoc Demosthenis consilium praedatorii exercitus parandi novum erat nec probatum. Vid. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 304. sq.

2) I. q. h. l. *ἡμῖν πάρεστι*. — De differentia vocabulorum *μισθός* et *τροφή* agebamus ad Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7.

3) Post proelium Coronense, Olymp. XCVI, 3 exeunte a. Chr. 393 pugnatum (Corsin. F. A. Vol. III. p. 287), collatum est omne bellum contra Lacedaemonios

circa Corinthum ideoque Corinthium est appellatum (Cornel. Nep. Ages. c. 5.); gestumque est a Boeotiis, Atheniensibus, Locrensibus (cf. supra ad p. 44. §. 17. not. 6), Argivis, Corinthiorum parte (Wessel. ad Diodor. L. XIV. c. 86), illorumque sociis, unde etiam sociale dicitur (Harpocr. indeque Suidas et Photius s. v. *Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ*). Corinthi communem consessum, *κοινὸν συνέδριον*, socii constituerunt, ibique hoc bellum plurimam partem per octo annos (Diodor. l. c. cap. 86), usque ad pacem Antalcideam, duxerunt. Tum primùm (licet jam bello Peloponnesio singuli peregrini ad militiam vel maritimam vel terrestrem ministrandam mercede conducti sint) exercitum mercenariorum Conon aluit atque agmina, quae Iphicrati Corinthum profecturo tradidit (Siebelis ad Philochori fragmm. p. 72 ibiq. citt. ex Harpocr. l. c. Isocrat. or. ad Phil. Vol. I. p. 370 sq. cap. 40 §. 96). Quare Aristophanes in Pluto, quae fabula primùm Olymp. XCVII, 4 a. Chr. $\frac{389}{388}$ docta est, (v. 173) haec:

Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος (ὁ δανειστὴς) τρέφει;

Iphicrates eos in novâ peltastarum acie et pugnae genere exercuit, quo et a Calliâ Hipponici F. duce adjutus Olymp. XCVI, 4. a. Chr. $\frac{393}{392}$ moram Lacedaemoniorum intercidit et alias de Lacedaemoniis victorias reportavit, gloriam sibi comparans ab oratoribus certatim amplificatam. Wessel. ad Diodor. l. c. cap. 91. ibiq. citt. inprimis Xenoph. Hellen. L. IV. c. V. §. 11 sqq. et Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 302. Quam laudem vix meritus, domum remissus est, eique Athenienses suffecerunt Chabriam. Diodor. l. c. c. 92.

Mercenariorum illorum dux unus, fortasse et ipse mercenarius, hic et in Leptineâ (p. 482. §. 84. vide ibidem Wolf. l. c.) nominatur Polystratus, quem Polytropum scribendum esse censet Didymus (ap. Harpocr. Photium, Suidam s. v. Polystr.), quia hunc mercenariorum ducem Corinthi Olymp. CII, 3 a. Chr. $\frac{370}{369}$ fuisse et ab Orchomeniis conductum legitur apud Xenophontem (l. c. L. VI. c. 5. §. 11). At Polytropus Lacedaemoniorum fuit dux (Diodori L. XV. c. 62). Polystratus autem et Strabax quidam, Iphicratis adjutores, ejusdem de commendatione ab Atheniensibus sunt ornati, Demosthene auctore (Lept. l. c.); qui ibidem de Chabriâ. Huc etiam pertinet Philocrates Xenoph. l. c. L. IV. c. 4. §. 9, quod vero nomen Schneiderus mutavit in Iphicratem (integrum reliquit ibid. c. 8. §. 24). — *Ἄλλοι τινές*: Callias, Strabax, Philocrates. Ex eo fere tempore etiam alios peregrinos exercitibus praeficiebant Athienses. Platon. Ion. extr. ibiq. Nitzch p. 45.

§. 24. [1]) Isocrates (Or. de pace Vol. II. p. 198 sq. cap. 16. §. 43. sqq.): *ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν, καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν, ἀλλ' ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἀπόλιδας, τοὺς δ' αὐτομόλους, τοὺς δ' ἐκ τῶν ἄλλων κακουργιῶν συνερρυηκότας, οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθόν, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν. Ἀλλ' ὅμως οὕτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, ὡς θ' — ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ παρανομίας — χαίρομεν, ὅταν ἀκούσωμεν αὐτοὺς τοιοῦτόν τι διαπεπραγμένους. Εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς τῶν καθ'*

ἡμέραν ἐσμὲν, (in hôc non consentit cum Demosth. §. 40) ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν, καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. Vid. Leloup. ad Isocrat. Or. de pace Prolegg. p. 59 sqq. Chares mercenariorum mores vehementer depravavit (Proleg. §. 15. n. 4.), ei vere Noster parcebat. Cf. infra ad p. 53. §. 45. n. 2.

2) Philippum per Athenienses potentiâ auctum esse, saepe repetit Orator, ut Olynth. I. p. 11. §. 9. Sed et alii Atheniensium hostes tum magis quam olim valebant, ut Thebani, Chii, Rhodii, Coi, Byzantini.

3) „Παρακύπτειν significat transversim adspicere, quasi limis oculis vel in transitu adspicere." Budaeus Comm. p. 71. Inde negligenter quid agere, leviter modo attingere, degustandi ergô explorandi, num arrideat necne, tum celeriter ad alia pergere. D'Orville ad Charit. p. 177 Amst. p. 307. Lips. Reisk. in Ind.

p. 47. 4) Vid. ad Olynth. II. p. 26. §. 28.

5) Xenoph. Cyripaed. Lib. I. cap. VI. §. 9: εἰ μὴ ἔξει ἡ στρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια· καταλύσεταί σου εὐθὺς ἡ ἀρχή

§. 25. 1) Cf. Olynth. II. p. 25. praecipue §. 27. et supra §. 7.

2) Cf. Olynth. I. fin. — Ἐπόπται, Inspectores, qui aliquid inspiciunt et censura sua notant, ἔφοροι. Insigni vocabulo utitur Orator, quod observavit J. Pollux Onom. Lib. II. §. 58. Athen. Lib. V. cap. 40. p. 206. D.: Περὶ δὲ τῆς ὑπὸ Ἱέρωνος — κατασκευασθείσης νεὼς, ἧς καὶ Ἀρχιμήδης ἦν ἐπόπτης. Herodian. Lib. I. cap. 17. §. 3: αἰδούμενος ἔχειν αἰσχρῶν ἔργων σεμνοὺς ἐπόπτας. Stephani Thes. p. 6848. B. Ed. Lond. Jupiter, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐσακούει,

dicitur Ἐκόκτης. Hesych. Vol. I. p. 1405. Aliàs dicuntur magnis mysteriis initiati ἐκόκται et ἔφοροι. Creuzer Mythol. Vol. IV. p. 499 sqq. — Στρατηγουμένων praecipue imperatorum. Cf. p. 53. §. 47.

§. 26. [1]) Dialogismo voce πολεμοῦμεν finito, loquitur ipse Orator ironice. — Imperfectum ἐχειροτονεῖτε i. q. creare soletis. Matth. Gr. gr. §. (503) 502.

[2]) Non sorte ducebantur, sed populi suffragiis semper creabantur (χειροτονηταί) imperatores, στρατηγοί (Harpocrat. indeque Suid. Phot. s. v. Schol. Aristid. p. 61. init.) deni quotannis, certe a Clisthenis tempore, pro numero tribuum, e tribubus singulis singuli. Antiquitùs hi decem omnes una in bellum proficisci imperiumque diurnis vicibus administrare consueverant. Sed posteris temporibus imperatores modo cuncti modo singuli aut bini aut trini emitti solebant, atque aut unus reliquis omnibus praecrat aut omnes communi consilio rem administrabant, aut alii terrâ, alii mari, aut alii in aliis provinciis imperabant. Illi interim, qui domi remanserant, negotia quaedam curabant, ea inprimis, quae ad rem militarem bellique usus pertinerent. Ex quo effectum est, ut imperatorum duo quasi genera instituta sint, unum eorum, qui ἐπὶ τῆς διοικήσεως, alterum eorum, qui ἐπὶ τῶν ὅπλων appellati sunt. Ἐπὶ τῶν ὅπλων autem quum dicebant, imperium, quod praecipue in pedites habebatur, quorum principes erant οἱ ὁπλῖται (armati), intelligebant (Wyttenbach. Opusc. Vol. II. p. 266 ibiq. cit.). Demosthenis autem aetate ut plurimum unus tantum imperator ad bellum emittebatur. Reliquos Demosthenes hic queritur otiosos domi degere, pompas ducentes. De quibus vid proxime.

Proximi imperatoribus dignitate erant decem Taxiarchi, ex tribubus et ipsi singulis singuli a populo creati. Hi et in delectu habendo imperatoribus aderant, et indices (*καταλόγους*) juniorum, quibus adhuc merenda erant stipendia, ex sua quisque tribu, conscriptos in potestate habebant, et in bello tribulibus suis, sed hoplitis tantum, praeerant, ordines instruebant, in proelium ducebant. Nam tribuum illa descriptio non minus militiae, quam domi valebat. Sed Demosthenes his quoque a re militari otium fere esse conqueritur; nimirum in mercenariis copiis, ducibus peregrinis salus tunc reipublicae sita erat.

Equitatui praeerant Hipparchi bini, Phylarchi deni, item a populo creati; atque Phylarchorum (Harpocr. indeque Suid. s. v.) quidem eadem apud equites munera erant, quae Taxiarchorum apud hoplitas. Hipparchi autem (Harpocr. s. v. *Ἵππαρχος* fin.) duo universo equitatui singuli ita praeerant, ut, quemadmodum Taxiarchi imperatoribus, sic Phylarchi Hipparchis dicto audientes essent. Quanquam autem Hipparchi universum in equites imperium habebant remque totam equestrem suo judicio atque arbitrio gubernabant: tamen et ipsi imperatoris mandatis atque auctoritati parebant. Sigon. de Repl. Ath. L. IV. c. V. in Thes. Gronov. T. V. Schoemann. Comitt. Ath. p. 313 sqq. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 195.

[8]) Pompae instructo celebrabantur et exornabantur exercitu, quod ostendit Thucydides (Lib. VI. c. 56), cum eas de Hippardho tyranno per Harmodium et Aristogitonem interfecto scribit ab armatis rite curatas esse, ex aliisque id patet. Sigon. l. cit. c. VII. Ducebant pompas (*πέμπειν πομπάς* cf. Jens. Lectt. Lib. III. cap. 5. p. 336 sq. ad Lucian. Jup. Trag.

cap. 28. Vol. VI. Bip.) et domi ut Panathenaeis, Dionysiis, et foras ut Delum, Delphos, Eleusin. Etiam apud alias gentes morem fuisse, ut solemnibus quibusdam sacris ab armatis pompae ducerentur, docet Ducker ad Thucyd l. c. Sed Athenis jam armati armatam propter saltationem, quam in honorem Deorum saltabant, necessario aderant. Creuz. Symbol. Vol. II. p. 808 sq. ed 2dae. Verum praeter pompas alia permulta sacra faciebant duces. Boeckh. Oecon. Vol. II. p. 254. Mounten. ad n. l. Cf. Demosth. Mid. p. 570. §. 171: *ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἀ. Ἀθ., ἐχειροτονήσατε τοῦτον (τὸν Μειδίαν), ὄντα τοιοῦτον οἷός ἐστι, ἱππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον, καὶ ἱεροποιόν ποτε.*

4) *Ἱεροποιοί*, sacris praefecti, decem quotannis sorte eligebantur (*κληρωτοὶ ἄρχοντες*), qui magistratus vaticinia sacra instituerent iisque praeessent, et, si quando opus esset, litationibus ut propitium fieret numen, cum auspicibus sacra facerent, cum iisdem hostiarum signa explorarent, ne quid hi malâ fide agerent, et quinquennalia omnia praeter Panathenaea regerent atque administrarent, templaque et sacras opes administrarent. Sed maximi magistratus illi ab Atheniensibus habebantur, quod Hecatombas et alia magna sacrificia epulaque curabant. Mausacus et Vales. in Harpocr. s. v. *Σεμναὶ θεαί* ibiq. Etym. M. s. v. *Ἱεροποιοί*. p. 469, 5. Boeckh. Oecon. passim, praecipue Vol. I. p. 231 ibiq. citt. II. p. 167. inprimis Creuzer. Symb. Vol. IV. p. 481 ed. 2dae.

5) Non in vitae usum, sed in lusum et delectationem *πηλοπλάθοι* et *κοροπλάθοι* e luto, argillâ, gypseo, cerâ multarum rerum, ut puellorum puellarumque,

frugum, florum, foliorum, aedicularum etc. similitudines s. plangunculas et sigilla fingebant, easque pupulas, imagunculas, alias res lusorias, et ornamenta in foro venalia proponebant. Boettigeri Sabina Vol. I. p. 257 sqq. ed. 2dae et qui ibid. citantur p. 275 sq. Harpocr. s. v. *κορόπλαθον*. Meineke in Menandri Reliqq. p. 275 a Schaefero citatus: „Ita fere Lucianus (Lexiph. c. 22. T. II. p. 347. Vol. V. p. 200 Bip.): *ὡς νῦν γε ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις ἐοικώς, κεχρωσμένος μὲν τῇ μίλτῳ καὶ τῷ κυανῷ, τὸ δ' ἔνδοθεν πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤν.* Quae nescio an ducta sint e Demosthenis Phil. I.“ *Πηλίνους* sc. *ἀνδριάντας*, de qua ellipsi vid. Lamb. Bos. p. 131. ed. Sch.

[6]) In foro maxime pomparum splendor spectandus populo dabatur. Dem. Mid. l. c. ibiq. Buttm p. 93. n. 8. Ceterum *ἐξ ἀγορᾶς* sive *ἀπ' ἀγορᾶς* dicebant de re viliori. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. cap. 25. Vol. I. Adde nunc Fritzsche Lucian. p. 143. — Inde *ἀγάλματα ἀγορᾶς* vocabantur, qui quum formosum corpus haberent, nullius consilii erant, nec quidquam proderant reipublicae, quasi ad ornatum tantum fori apti, oblectandisque oculis spectantium a naturâ facti. Victor. Var. Lect. Lib. XVII. cap. 23. p. 267.

§. 27. [1]) Sententia haec est: „Annon *potius* oporteret, *qui castra sequantur*, Taxiarchos e vobis *civibus electos sive cives*, et Hipparchos e vobis magistratus domesticos *sive civiles* esse, ut revera forent copiae civitatis?“ (Sive: Annon potius, quam domi manere, castra sequi oporteret duces e vobis creatos?) Oportetne autem in *remotiorem* Lemnum e vobis *electum* Hipparchum navigare, sed eorum, qui *in finibus Atticae* pro

nostrae civitatis possessionibus proeliantur, Menelaum *peregrinum* esse Hipparchum?

In repetito pronomine, quo fit Epanaphora, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν est venustas quaedam Attica, qua, ut videtur Eustathio ad Iliad. B. vs. 198. p. 199. Rom. ibiq. Politus p. 378 Flor. Hermogen. Form. L. I. c. 12. p. 379 q. cit. Taylor in schedis, subamarae sententiae dulcedo additur. Ea figura, rara quidem apud Nostrum, si per breve incisum (κόμμα) profertur, reddit orationem concitatam, neque autem comtam. Hermogen. loc. cit. cap. 12. med. p. 361.

[2]) Ἵνα cum Imperfecto de re, quae nòn est. Herm. ad Viger. p. 851. Matth. Gr. gr. §. (520. Anm. 5) 519, 6.

[3]) Cf. supra p. 45. §. 19.

[4]) Bello sociali Olymp. CVI, 1 a. Chr. $\frac{356}{355}$ a Chiis, Rhodiis, Byzantiis Lemnus, Imbrus, aliae insulae Atheniensium imperio subditae Philippo fortasse incitante et adjuvante devastatae sunt. Proleg. §. 18.

[5]) Fortasse postquam Philippus ad Marathonem escendens ipsius Atticae fines vexavit, eos equitibus defendendos hostemque observandum mandaverunt Athenienses. Proleg. l. cit.

[6]) Libanius, namque deficientibus fontibus rivuli adeundi, (Apolog. Dem. Declam. XVI. p. 448 Mor. Vol. IV. p. 294, 21.) haec: οὐδὲ Χάρης ἀεὶ στρατηγεῖ; οὐδὲ Διοπείθης ἀεὶ ἐπιπλεῖ; οὐδὲ Μενέλαος ἱππαρχεῖ; Unde vero nihil efficiendum. Sed Harpocratio indeque Suidas et Phot.: Μενέλαος· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς, ἀδελφὸς Φιλίππου ὁμοπάτριος. E matre Gyaea. (Justin. L. VII. c. 4. cf. quos de Philippi gencalogiâ scriptores laudavimus Proleg. §. 12. n. 1. praecipue Reiner. Rein. Familiae regum Macedoniae). Namque

Archelaum, Aridaeum et Menelaum ex ea novercâ genitos Philippus odio persequebatur (Justin. l. c. et L. VIII. c. 3). Tunc igitur Menelaus ab Atheniensium stetit partibus, postea confugisse videtur Olynthum. Vid. Prolegom. §. 30. At alii alia.

7) Cf. supra Olynth. III. p. 38. 36.

8) A vobis creatum. Nam imperatores alios sibi duces nonnunquam sufficiebant. Polyaen. L. III. c. 9. §. 10. Cf. infra p. 49. §. 33: ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν. Atheniensem esse jubet Demosthenes imperatorem in concione rite creatum. Potest quis quoque ὑφ' ὑμῶν explicare ἐξ ὑμῶν, quâ significatione nonnunquam dicitur illa praepositio de rebus. Steph. Thes. gr. p. 9805. B. Ed Lond.

§. 28. 1) Accusativum hunc absolutum verte: quod attinet ad pecuniam. Matth. Gr. gr. §. (426) 427. Ann. 3 p. 789. Intrr. ad Act. Apost. cap. XXVI. vs. 3. Engelhardt Progr. cit. p. 37 sq. eum putat esse Nominativum.

2) Non stipendium, μισθός; sed commeatus, σιτηρέσιον. Liban. Argum. in Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7.

3) „Duo puta Talenta. Nam

pro navibus	40 Tal.
pro pedite	40 —
pro equite	12 —
conficiunt	92 —

Haec Reiskius. Talenta 92 = 133 186 Thal. = 259 753 Flor. Vid. Wurm. de rationibus. Tabb. XIII. sqq.

p. 48. 4) 1 Talentum = 60 Minn. = 6000 Drachm.
1 Mina = 100 Drachmm.
1 Drachm. = 6 Obol.

5) I. q. peditibus, ut supra p. 45. §. 21.

6) Ita ἕτεροι στρατιῶται. Olynth. I. p. 14. §. 17.

7) Taylor ad h. l. in Reiskii Praef. ad hujus Annott. Vol. II. p. 28. p. 117. ed. Schaef. haec:

20 Min. per Mensem	× 12	= 240	× 10 naves	
		= 2400	= 40	Tal.
10 Drachm. per Mensem	× 2000	pedites		
	= 20000	Dr. . .		
	× 12	Mens. .		
	= 240000	= . .	40	„ „
30 Drachm. per Mensem	× 200	equites		
	= 6000	Dr. . .		
	× 12	Mens. .		
	= 72000	Dr. = .	12	„ „
		Per annum	92	„ „

Hactenus Taylor. Peditem igitur per diem accipere jubet Demosthenes 2 Obolos; equitem 1 Drachmam; quod minimum erat. Vid. ann. ad Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7.

§. 29. 1) His verbis mobiles in decernendo castigantur Athenienses. Isocrat. de pace Vol. II. p. 204. c. 17. §. 52: ἐμπειρότατοί δὲ λόγων καὶ πραγμάτων ὄντες οὕτως ἀλογίστως ἔχομεν, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐ ταὐτὰ γιγνώσκομεν rel. Cf. p. 186. c. 10. §. 25. — Quod proxime sequitur προεσπορίει i. q. sibi insuper comparabit; h. s. usitatius foret Medium προεσπορίζομαι, ita etiam Olynth. II. p. 22. §. 16. n. 5. πορίζω pro πορίζομαι.

2) Ἐκ τῆς λείας καὶ τῶν ληφύρων. Wolf. Cf. supra ad p. 46. §. 28. n. 1.

3) Quod fieri solebat. Cf. nos ad p. 46. §. 24. n. 1. et infra ad p. 53. §. 45. n. 2.

4) Vid. ad Liban. Argum. Olynth. I. p. 8. §. 2. n. 7.

5) Sc. εἰμί, quod addit Hermog. Meth. cap. 9. περὶ ἐπαναλήψεως. p. 530 Vid. Lamb. Bos. Ellips.

p. 603. sqq. ed. Schaef. Idem ad n. l. Ut proxime ad πόθεν rel. suppl. ἔσται. — Cherson. p. 96. §. 24: ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν τιμῶμαι.

Ceterum hunc locum ut exemplum fidem oratori faciendi citant Rhetores Hermogenes (Form. L. II. c. VII. περὶ ἀληθινοῦ λόγου p. 433) et Aelius Aristides (Ars rhetor. L. I. c. IV. §. 7. Vol. III. p. 252. Cant. Vol. II. p. 465. Jebb.).

§. 30. [1]) Dionys. Hal. Ep. ad Amm. c. 10. Vol. VI. p. 736. R: ἔπειτα (post Theophilum Archontem quo ultima Olynthiaca habita est) Θεμιστοκλῆς (i. e. Olymp. CVIII, 2. a. Chr. $\frac{347}{346}$), ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιατῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή: Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστι. Quem contra jam Scholiasta monuit: Ἐντεῦθέν φησι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν, προοίμιον δέ, φησιν, οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστίν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἔστι προοίμια. (Hoc igitur in deperdito loco Dionysius dixit.) Οὐ λέγει δὲ ἀληθῆ. ἐπειδὴ γὰρ ἄνωθεν ὑπέσχετο περὶ τοῦ πόρου χρημάτων εἰπεῖν· νῦν τοῦτο δεικνύει, καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐπίλογος. E recentioribus hinc novam orationem orsi sunt Schottus (Vitae parall. Dem. ad h. annum), Fabricius (Bibl. gr. L. II. c. XXVI. Vol. I. p. 924), Taylorus (in schedis), Lelandus, Jacobsius, Rüdigerus (in Edit. p. 14 sqq.), Wachsmuthius (Antiq. Graec. Vol. II. p. 344 sqq. n. 67). At quum prorsus aliud sit, quam quod Dionysius prodit, argumentum hujus orationis, aliam ejusdem fortasse initii orationem significans, et ob alias rationes graves merito

hanc esse Philippicae primae necessariam appendicem judicaverunt Tourrellus, Mounteneyus, Augerus, (in Edit. p. 148 sq.), A. G. Beckerus (Demosth. Orator p. 268 sqq.), Bremius, qui ei disquisitioni singularem operam feliciter impendit (in Philolog. Beyträgen aus der Schw. I. p. 21 sqq.), idem ille Rüdigerus (De canone Phil. p. 11.), Schaeferus, Töpferus.

2) I. e. *πόρου ἀπόδειξις*, modo in concione recitata. „Catalogus enim [quo ratio Talentorum 92 quotannis conquirendorum accurate exposita erat] de scripto, ut apparet, a scriba recitatus hic praetermissus est, ut et leges et decreta et testimonia et alia scripta complura; quae nobis nec inutilia nec injucunda lectu essent, si exstarent.“ Wolf. Item infra Philippi epistola, haud dubie, si nunc supperesset, pluribus locis lucem afferret.

3) Frequentissima est locutio: *τὰς γνώμας χειροτονεῖν* vel *ἐπιχειροτονεῖν*, quoniam de rogationibus suffragium populus ferebat porrigendis manibus. Ut diversas sententias dixerint Demosthenes, Demades, Phocion: praeco clamabat: „cui primi sententia placet, manum porrigat;“ quibus placebat, manum porrigebant. Deinde item de secundi, tum de tertii sententia. Qui plures e populo assensores habebat, *τούτου ἡ γνώμη ἐπιχειροτονεῖται*. Vid. Schoemann. de Comitt. p. 123. — H. l. i. q. cum de diversis sententiis suffragia feretis. Conf. Schoemann. l. c. p. 121.

4) I. q. placita ita rata habete, ut non, vel si mavis: placita eo proposito consilioque rata habete, ut ne, *ἵνα μὴ* h. l. non finem, sed effectum et eventum significat = *οὕτως ὥστε μή* c. Inf. Vid. Lambert. Bos. Ellips. l. gr. p. 488. p. 779.

ed. Schaef. Fischer. ad Weller. IV. p. 287. Lucian. Nigrin. cap. 30. Vol. I. p. 52. Bip. ibiq. I. M. Gesner (contra quem tamen pugnat Lehmann): *μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαῖοι παῖδες ἀληθῆ προῖενται, ἵνα μὴ ἀπολεύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας* i. e. eo eventu, ut non fruantur sua veritate. Praecedente quoque *οὕτως*. Xenoph. Ephes. L. III. c. X. p. 70. ed Locella: *τίς ἄρα ληστὴς οὕτως ἐρωτικὸς, ἵνα καὶ νεκρᾶς ἐπιθυμήσῃ σου; ἵνα καί* rel. Cf. id. L. I. c. III. p. 6. Diodor. S. Lib. XIV. c. 101: *εἶχον οὕτως, ἵνα — βοηθῶσιν.* Vid. Wyttenb. ad Plut. de disc. adul. ab amico p. 517. Alii aliter.

[5]) Vid. supra p. 45. §. 19. n. 3.

§. 31. [1]) Bene Reiskius (in Indice Graec. s. v. *τόπος*) *τὸν τόπον τῆς χώρας* i. q. *τὴν τοποθεσίαν τῆς χώρας*, quomodo scriptores temporum posteriorum. Diodor. S. Lib. I. c. 42: *περὶ τῆς τοποθεσίας τῆς κατ' Αἴγυπτον χώρας.* Schaef. Ut Amplificationis exemplum, quo non nude proponatur sententia, sed circumducatur rei naturâ et agentis animo consilioque, hunc locum exhibuit Ael. Aristides Rhetor. I. *περὶ περιβολῆς*. §. VI. 220. Vol. II. p. 455. Jebb.

[2]) Vid. Olynth. II. p. 20. §. 9. n. 2.

[3]) Vid. supra ad Liban. Arg. p. 39. n. 8.

[4]) Pro hoc Demosthenes dicere potuisset *ἡνίκα ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα*, quod Atticus cum leniori structurâ commutavit, de qua vide Matth. Gr. gr. §. (514) 515. cf. §. 521. Annot. 1. p. 1007. et §. 528. Nos: wann wir nicht leicht können möchten. Olynth. II. p. 18. §. 3: *ὅσ' ἄν εἴποι τις* Aliter nunc Engelhardt Programm. cit. p. 38: „Mihi autem *ἄν* ad Optativum quidem pertinere, is ipse autem ab oratore positus esse videtur, ut ex mente Philippi haec diceret, hoc

modo: multa conatur Philippus eo tempore, quo nos illic pervenire non posse opinatur. Vide alia ejus generis exempla in Matth. Gr. §. 521. obs. 1. Sola enim hac ratione *μὴ* recte dicitur; quocunque alio modo explicueris, *οὐ* erit dicendum; quae est causa, cur neque Bremio neque Schaefero hypothetice explicantibus assentiri possim." At tempus ipsum h. l. est conditio, qua impediebantur Athenienses. Quare et alibi temporalia tanquam conditionalia cum *μή* conjunguntur. Platon. Repl. Lib. IX. p. 574 b. Vol. VII. Bip.: *ὁπόταν δὲ μὴ δύναιτο· ἁρπάζοι ἄν καὶ βιάζοιτο;* Vid. Matth. loc. cit. Obs. 2. p. 1008. Nec vero *μή* propter orationem obliquam dicitur.

§. 32. [1]) De Accusativo post *δεῖ* vid. ad Olynth. II. p. 21. §. 18. n. 1.

p. 49. [2]) De *βοηθείαις* vid. ad Liban. Argum. Phil. I. p. 89. n. 7.

[3]) I. q. Praeveniemur enim omnibus occasionibus, sive omittemus enim omnes occasiones, dum exercitus parabitur. Cf. infra p. 50. §. 35: *τοὺς δ' ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν.* Isocr. ad Olynth. I. p. 10. §. 4. n. 4. citatus.

[4]) *Χειμαδίῳ· τόπῳ ἐφ' οὗ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ἐγκαθορμίσασθαι.* Etym. M. p. 810. 1. Sylb. et qui alii citantur a Valcken. ad Herodot. VIII. c. 112. Bekker. Anecd. Vol. I. p. 316, 16.

[5]) Dativus Commodi. Cf. Olynth. III. p. 36. §. 27. n. 3. Licet vobis, hibernis uti *in copiarum commodum* Lemno etc. Dativorum concursus vid. Olynth. I. p. 14. §. 17. n. 1.

[6]) Inspice mappas geographicas. Lemnus, Thasus, Sciathus (Harpocr. Phot. s. v.), aliae circum Thraciam ambientes insulae, ut Scopelus, Halonesus,

Peparethus, Gerontia eo tempore fuerunt Atheniensium. Vid. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 447 sq.

7) Quas nominat Demosthenes insulas, tutis portibus usas esse, docent Mannert. Geogr. Vol. VII. p. 246 (ubi de Thaso), ibid. p. 252. (ubi de Lemno) et Schirlitz. Geogr. p. 214 (ubi de Sciatho). Siathus ob refugia, quibus etiam piratae abscondebantur (et nunc absconduntur), praecipue ad consilium Oratoris pertinere videtur. Cf. de iis insulis nunc quoque Christophorus Bondelmontius ed. Sinner. quem vide. c. 66. c. 75. c. 69 ubi Thasi fertilitas laudatur et prae aliis vid. Dapper. Descript. Archipelag. p. 241 sqq. Vers. gall. Bernhardy ad Dionys. Perieg. vs. 521 sq. p. 662 sq. ejusque Schol. vs. 523.

8) Locus vexans et vaxatus! Vid. Apparat. crit. Ne aliena multis repetamus vel comprobantes vel refutantes, nostra, nec tam propria quam probata, proponamus: Demosthenes jubet perpetuum exercitum, qualem habebat Philippus, paranduin esse militum grassantium, qui Macedoniam quocunque modo vexet, mercaturam, et commeatum impediat vel intercipiat, quas iste obtineat regiones, urbes, emporia terrâ marique praedetur, praedamque habeat pro stipendio. Cf. supra p. 46. §. 23. n. 1. et p. 45. §. 19. Cherson. p. 101. §. 46. Olynth. I. p. 14. §. 17. sq. Qui exercitus praedatorius hibernis quidem utatur Lemno aliisque insulis opportunis; sed per idoneam anni tempestatem (τὴν ὥραν ut frequens τὸν χρόνον est Accusativus temporis. Matth. Gr. gr. §. (424), 425, 2. p. 785), quum, prout res tulerit, vel ad terram accedere et prope litus in anchoris manere facile est (ἐστί nonnunquam omittitur Viger. p. 236) vel ventorum periculum absit,

ut naves tutae possint navigare, prope ipsam illius regionem et emporiorum ostia nullo negotio stipendium mereat. Ῥᾳδίως ἔσται sc. πάντα, quod e superioribus supplendum jubet Scholiasta, facili ratione in illâ regione omnia copiis necessaria aderunt, de qua significatione τοῦ Εἶναι vid. Lex. Xenoph. s. v Nro. 5. Vol. II. p. 48. Sententia haec est: facile copiae grassantes et praedantes conquirent sibi stipendium, qua de re in hac πόρου ἀποδείξει agitur; nec ῥᾴδιον ἔσται h. l. dici posset. Adverbia nonnunquam cum Verbo Substantivo conjungi docent Börnemann. et Krüger ad Xenoph. Anab. L. IV. c. III. §. 8 ibique citt. Itaque ῥᾳδίως ἔσται h. l. intelligo idem esse quod ᾧ χρὴ στρατεύματι πάντα ῥᾳδίως ὑπάρξει. Ita quidem minime mihi locum distorsisse videor.

§. 33. [1]) Sc. ὁ τούτων κύριος, quod proxime subsequitur.

[2]) Homericam sententiam „εἷς κοιρανὸς ἔστω", qua ratione praevalere Philippum dicit (cf. Olynth. I. p. 10. §. 4. n. 4), urgere videtur Demosthenes adhortans, eadem ratio ut valeat in exercitu Atheniensium. Quam sententiam copiosius amplificat Isocrates loco supra ad Olynth. I. l. c. partim descripto.

[3]) Ordo verborum: ἂν πορίσητε πρῶτον ταῦτα τὰ χρήματα, ἃ λέγω, cf. p. 47. §. 28, εἶτα — καταχλείσητε.

[4]) Τἆλλα τοῖς χρήμασι opponuntur, et proximis τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας exponuntur. Cf. l. c. §. 28. et passim. Itaque haec orationis pars referenda ad superiorem, nec incipit nova oratio in πόρου ἀποδείξει. Cf. A. G. Becker. ad h. l.

[5]) I. q. adstringo. Haec accurata explicatio probanda locis Steph. Thesaur. p. 5038 Lond. citatis.

Schol. Aristid. p. 173: *Κατέκλεισε· περιέλαβε. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· νόμῳ κατακλείσητε. ἢ ἀντὶ τοῦ ἐπεβεβαίωσεν, ἐπεφραγίσατο.* Idem fere in margin. Schellersh. Alia est consecutio verborum Aristocr. p. 649. §. 87: *κατέκλεισεν ἴδιον πράγμα ψηφίσματι* i. q. definivit.

6) 92 talentorum annuorum.

7) H. l. i. q. ipsi, soli, sine ope, jussu, auctoritate alterius. Cf. Fr. A. Wolf. ad Demosth. Lept. §. 69. p. 303. Lex. Xenoph. s. v. *αὐτός*. Nro. 3. Vol. I. p. 477. Heyne ad Iliad. VIII. vs. 99. Vol. V. Schweigh. Lex. Polyb. s. v. Nro. 1. D'Orvill. ad Charit. p. 721 Amst. p. 642 Lps. Hermann. ad Viger. p. 733 sq. H. l. sine auctoritate imperatoris, qui non solum exercitui expeditionique praecerat, sed quam plurimum idem rem pecuniariam et quaestuariam, frumentum, commeatum, stipendium, omnemque victum per quaestores militares, ministros, servos et scribas curabat. Quam rationem et imperatori alienam et fraudi obnoxiam ita antiquare vult Demosthenes, ut quaestores, *ταμίαι*, soli et proprii pecuniae acceptae atque expensae curam gerant rationesque reddant; frumentum commeatumque curent atque suppeditent suppeditores, *χορηγοί*, ejusque rei rationes referant; imperator referat rationem rerum gestarum. De multis qui Athenis erant quaestoribus vid. Boeckh. Oecon. Vol. I. p. 171—200. Quanquam Poristarum munus non liquet (cf. Boeckh. l. c. p. 179. Vales. ad Harpocr. s. v. *Ἀποσία* p. 12 Lgd.); illa tamen explicatio postulari videtur ex alio Demosthenis loco Chers. p. 101. §. 47 supra ad Liban. Argum. Phil. I. p. 40. n. 7. partim descripto.

§. 34. 1) Philippi.

2) Ἄγειν καὶ φέρειν vel aliquem vel rem vel locum diripere, populari, vastare; rapere et ferre. Quod vulgo notum quum latere quendam viderimus (cf. Robortelli Emend. in Jani Graterii Lampad. Vol. II. p. 80), monendum esse putavimus. Cf. modo Viger. p. 223. Proprie ἄγεσθαι, animantes, φέρεσθαι res inanimes dicuntur. Cf. Ernest. ad Hom. Il. V. v. 484. Conjunguntur ea Verba cum Accusativo rei, personae et loci. Cf. Schweighaeuseri Lex. Herodot. s. v. ἄγειν Nro. 2.

3) Frequentissima haec est Graecorum ratio, quod unâ consecutione οὐχ ita cum ὥςπερ copulatur, ut Verbum totaque sententia ejus ex insequentibus et nonnunquam varie repetenda sit. Heindorf. ad Plat Gorg. Vol II. p. 259 et ad Protag. Vol. IV. p. 574 quem citavit Schaeferus. Cf. Fritzsche Lucian. p. 155. H. l., quod monuit Reiskius, subaudi οὐκ οἰκήσονται ἔχων etc. οὐκ ἐκλέξει etc. οὐκ ἀποβήσεται rel. quemadmodum antehac fecit, in posterum non facturus. — Ceterum proxime antecedens ἔξω h. l. i. q. procul, ut ἔξω βέλεων (vid. Suid.), ἔξω τῶν οἰκιῶν. cf. Schneideri Ind. in Xenoph. Cyripaed.

p. 50. 4) Hanc rem, quae bello sociali evenisse videtur, tangebamus Proleg. §. 18. De Asyndeto hujus loci vid. Engelhardt Programm. 1828. p. 51.

5) Duae erant Demosthenis aetate triremes sacrae, plures insecutis temporibus aucto numero per degenerum Atheniensium adulationem, in honorem Ammonis, Antigoni, Demetrii, Ptolemaei nominatae. Sed illae veteres erant Paralos et Salaminia, quae eadem Deliae Theoriae celebrandae causa quotannis ornata et Delia et Theoris nominabatur, Utraque praeterea quod theoriis multis inserviebat, cum ad bellum gerendum, quo praetoria esset navis, tum ad praetores e bello,

si opus erat, ad judicium retrahendos, ad legatos ac nuntios vehendos, pecuniam portandam, decreta ferenda, et omnino ad publica munera celeriter obeunda adhibebatur. Boeckh. Oecon. I. p. 258 sq. p. 184. II. p. 217. 259. 6. Cf. infra p. 59. §. 37.

7) Post Praeteritum ἠδύνασθε exspectaveris pro ἄν et Conjunctivo Optativum. Sed Demosthenes quum quid futurum sit simul respiciat, illam structuram adhibet. Matth. Gr. §. 527. Anm. 1—3. cf. §. (516) 517. Anm. 6. Sed vid. Var. Lect. in Schaef. Apparat. crit. et Bekker. Edit. maj.

§. 35. 1) Panathenaea magna tertio Olympiadis cujusque sive quarto quoque anno 28 die Hecatombaeonis; minora quotannis, nisi si incidebant in eundem annum (et mensem) majora, celebrabantur. Boeckh. Oeconom. II. p. 165 sqq. Creuzer. Symbol. II. p. 808 sqq. ed. 2dae. Nostrum locum respexit Harpocrat. s. v. Παναθήναια.

Dionysia Athenis quotannis celebrabantur (Corsini Fast. Att. II. p. 328 sq.) quatuor mensibus contiguis ruralia sive parva vindemiae tempore, quod in Graecia multo serius quam apud nos incidit, Posideone, qui mensis brumam fere antecedebat, in Piraei sive Munichiensi theatro et in aliis pagis. Lenaea in Lenaeo urbano, qui magnus ambitus vetustissimum Bacchi Lenaei templum amplectebatur, propter quod deinde theatrum saxis exstructum est, circa XXmum diem Gamelionis, quo festo die victori poetae dabatur praemium ambrosia i. e. mustum optimum. Anthesteria XI. XII. et XIII. diebus Anthesterionis (Februarii fere), quo tempore e doliis reclusis recens vinum degustabatur. Dionysia urbana sive magna circa XIImum diem, certe post

octavum et ante duodevicesimum Elaphebolionis, qui mensis aequinoctium vernum attingit. Creuzer. Symbol. III. p. 319 sqq. ibiq. Boeckh, in Acad. Berol. 1817. Cf. ejusd. Oecon. Vol. II. p. 170 et 176. 248 sqq. et Buttmanni Excurs. I. in Dem. Mid. p. 119 sq. Tempus horum dierum festorum si miraris, diversissimam puta fuisse veterum et recentiorum rationem vini colendi, curandi et condendi, de qua vid. quos citat Fabric. Bibliogr. antiq. p. 879 sq. ed. Schaffsh. Boettiger. ad Horat. Epod. II. v. 47. Voss. ad Virg. Georg. II. v. 96. p. 300. III. v. 364. p. 620. et passim. Al Henderson the history of ancient and modern wines p. 1—128. (Mazois) Palat. Scauri p. 145. n. 31. vert. Wüstemann.

2) Multi magistratus eos festos dies et sacra curabant, ut *ἐπιμελητὰι τῶν Διονυσίων*, *ἀθλοθέται τῶν Παναθηναίων*, *βοῶναι* qui boves ad sacrificia coëmerent, *ἱεροποιοί* de quibus supra ad Phil. I. p. 47. §. 26. n. 4, *ἄρχων βασιλεύς*, alii. Boeckh. Oecon. I. p. 231 sq. Creuzer. l. citt. Vales. ad Harpocr. s. v. *Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων*.

3) *Οἱ μὲν δεινοὶ ἐναῦθα οἱ ἔμπειροι τῆς διαθέσεως τῶν ἑορτῶν, οἱ δὲ ἰδιῶται οἱ ἄπειροι τῶν τοιούτων.* Exemplo sit in Oratione contra Neaeram (p. 1369. R. §. 72) Stephanus *δεινός*, Theogenes Archon Basileus *ἰδιώτης*. Wolf.

4) Quod antiquitus institutum majores pie tenuerant, legislatores prudenter firmaverant, cives ad animi honestissima studia eroganda humane liberaliterque ornaverant, id hac aetate plebs vilis vilioresque duces plebis non in deorum honorem, sed ad suam rationem convertebant sumtuosissime, Hecatombis, epulis, pompis, ludis rel. publice editis. Plut. Glor. Athen.

c. VI. p. 348. extr. sq. Frncf. Vol. VII. R.: πρὸς ἃ (τὴν πολυτελῆ παρασκευὴν) Λάκων ἀνὴρ ἀποβλέψας, οὐ κακῶς εἶπεν: ὡς ἁμαρτάνουσιν Ἀθηναῖοι μεγάλα, τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παιδιὰν καταναλίσκοντες, τουτέστι μεγάλων ἀποστόλων δαπάνας καὶ στρατευμάτων ἐφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον. ἂν γὰρ ἐκλογισθῇ, τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅσου κατέστη· πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖται ὁ δῆμος εἰς Βάκχας καὶ Φοινίσσας καὶ Οἰδίποδας rel. ὧν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας καὶ τῆς ἐλευθερίας πολεμῶν τοὺς βαρβάρους ἀνάλωσεν. Vid. Fr. A. Wolf. Proleg. ad Leptin. p. LXXXIV. n. 63 et Boeckh. Oecon. I. p. 224 sqq. Wachsmuth. Antiq. Graec. Vol. II. p. 336. n. 12 ibiq. citt. Cf. Creuzer. Orat. de Civit. Athen. p. 61. ed. 2dae. Lacchesinius (ad n. l. p. 274) bene citavit Pseudo-Platon. Alcib. II. p. 148. e. Vol. V. Bip.: οἱ (ἡμεῖς Ἀθηναῖοι) πλείστας μὲν θυσίας καὶ καλλίστας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν, ὡς οὐδένες ἄλλοι, πόμπάς τε πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας ἐθωρούμεθα τοῖς θεοῖς ἀν' ἕκαστον ἔτος καὶ ἐτελοῦμεν χρήματα, ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξύμπαντες Ἕλληνες. Cf. supra p. 47. §. 26. n. 8.

5) Cf. ad Olynth. I. p. 16. §. 27. n. 7. — Ἀπόστολος i. q. expeditio maritima, apparatus classis. Zonaras p. 236 ibiq. Tittmann. Adde Harpocr. Suid. s. v. ἀποστολάς. Ulpian. et Schol. Bav. ad h. l. Thom. Mag. s. v. p. 104 ibiq. Intrr. Cf. infra §. 45. n. 2.

6) Per Zeugma. Verbum ἀναλίσκετε, ad χρήματα aptum, etiam ad ὄχλον et παρασκευήν adplicatur. Cujus usus permulta exempla congessit D'Orvill. quem citavit Schaeferus, ad Charit. p. 395 sqq. Amst. p. 440 sqq. Lips. H. l. i. q. τοσοῦτον ὄχλον κινεῖτε καὶ τοσαύτην παρασκευὴν παρίζετε, ad quae tantam turbam

excitatis et tantum apparatum impenditis. Cf. de pace p. 59. §. 10. n. 9.

7) I. q. quantum nescio an ullum omnium in se habeat, sive quantum nescio an cum ullo omnium conjunctum sit. Hermann. ad Viger. p. 753. De proximo Pseudo-Dem. Phil. IV. p. 104. §. 61 ibiq. quos citabimus Grammaticos.

8) Vid. Proleg. §§. 17. 23 et 24.

§. 36. 1) Leges hujus rei collectas habes a Petito Lib. I. Tit. I. inprimis §§. 24 et 25 e Demosth. Mid. p. 517 sq. §§. 8 et 10. — Concursui vocalium ἅπαντα ἀδιόρθωτα ἀόριστα ἅπαντα, quem alibi tantopere declinat, hic studuisse Demostheues Victorio videtur (Var. Lect. Lib. XVIII. cap. 12. p. 275 sq. q. cit. Taylor. in schedis), qua ratione tempore postulante feriret aures auditorum. Cic. Orat. c. 44. extr.

2) Sc. ἔσται. — Paucis (namque qui plura desideraverit, is adeat nostros auctores Fr. A. Wolf. Leptin. Proleg. p. LXXXVI — CXXV, inprimisque Boeckh. Oeconom. Vol. I. p. 484 — fin. et Vol. II. p. 79 — 126) paucis igitur tironum causa hic agendum de Liturgiis Atheniensium sive *muneribus publicis*, nam λεῖτον, est δημόσιον, publicum. De quo Etymo vid. Doun. ad Dem. de pace p. 81. sq. Sed tres tantum Liturgiae nunc explicandae hae:

Qui civitate Atticâ fruebatur, praeter publicas curae molestias multis et magnis negotiis, impensis, ministeriis onerabatur in commune faciendis. Quidam a Lysia (p. 698 sqq. R.) defensus per novem annos in publica munera impenderat 10 ½ Talentt. = 27 360 Florr. Illo in genere sunt inprimis αἱ λειτουργίαι: τριηραρχία, et λειτουργίαι ἐγκύκλιοι s. munera solemnia, stata, ordinaria, haec enim nullo

tempore intermittebantur, curatione per tribus eunte in orbem; cujusmodi sunt cum aliae tum a Nostro nominatae χορηγία et γυμνασιαρχία.

Ac primum χορηγός proprie dicebatur, qui a tribu sua ex ordine editus sumtum praebebat choris instruendis et adornandis vel scenicis vel ἀνδρικοῖς, παιδικοῖς, πυρρίχιστῶν, reliquis, de victoria certaturus.

Alterum, γυμνασιαρχία, pertinet ad ludos gymnicos apparandos, quorum commissiones in Panathenaeis, Hephaesteis, Prometheis, aliis solemnibus publice fiebant. Curabant hos γυμνασίαρχοι, eodem fere, quo choragi, modo a tribubus delecti.

Ordinariarum omnium sumtuosissima erat Liturgia choragi, praesertim in tragoedià et Dionysiis magnis. Sumtuosior etiam hâc extraordinaria trierarchia; una enim constabat 40..... 60 Minas = 1737..... 2605 Florr. Trierarchi, quod vocabulum proprie et vere olim praefectum triremis signarat, omnino erat, triremem publico sumtu aedificatam instruere, quam resp. nautis complebat, eademque iis stipendium commeatumque praebebat. Instruentibus Trierarchis naves erant non solum adornandae, sed etiam conservandae, et saepissime reficiendae; nautae, remiges et classiarii, quos resp. prodebat, aegre conscribendi; stipendium et commeatus nonnunquam temporibus cogentibus augendus vel solvendus. Sed accuratius videndum. Alia aliis temporibus trierarchiae ratio erat totusque ordo identidem immutabatur. Jam mittamus olim instituta; Demosthenis aetate res variis legibus alio atque alio modo comparata et commutata est. Inprimis saepe numerus hominum uni navi attributorum variavit pro eo, ut temporis difficultas ferebat, quum pauciores indies fierent, qui opibus valerent et

tantos sumtus tolerare possent. Olim quidem singulus singulam navem instruxerat; sed tum, jam inde post Olymp. XCII, 3. a. Chr. $\frac{410}{409}$, bini una navi adornandâ occupabantur, συντριήραρχοι. Res vero ita perturbata est aliquando, Olymp. CV. 3. a. Chr. $\frac{358}{357}$, ut plane videretur defore, qui munus ex ordine obirent. Itaque proximo intervallo, Olymp. CV, 4. a. Chr. $\frac{357}{356}$, mutatio placuit: Constituti sunt ad trierarchiam, quod jam prius in εἰσφοραῖς (de quibus vid. ad Olynth. II. p. 26. §. 29. n. 3) factum erat, mille ac ducenti cives ex numero opulentorum. quorum trecenti ditissimi duces et principes; illi MCC in viginti symmorias sexagenorum divisi, ex quibus plures etiam, quam duo, unius navis causa jungebantur, συντελεῖς, unde συντέλεια ea societas dicebatur, illi non e censu, sed ex aetate aequaliter contribuebant in navem curandam, cujus tunc etiam armamenta respublica praebebat, id quod ante hoc quoque tempus aliquoties factum erat; quas res exacto munere quisque vel ei, qui successurus erat, vel reipublicae reddere debebat. Sed quum nimis multi ex illis mille ac ducentis excusationes obeundi muneris haberent, novam Demosthenes legem trierarchicam excogitavit, qua rationem turbatam corrigeret, correctam restitueret, restitutam novo modo ordinaret, eam legem biennio ante Phil. I. Olymp. CVI, 3. a. Chr. $\frac{354}{353}$ frustra rogavit. De qua ipsâ et eâ, quam pertulit anno ut videtur Olymp. CX, 1. a. Chr. $\frac{340}{339}$, alibi disputabimus. Tunc quidem adeo laborabat res trierarchica, ut contributionibus nihil iniquius esset, nihil publice incommodius, divitibus utilissimum, inutile civitati. Etenim si quod subito bellum aut periculum propulsandum erat, vel prorsus

deficiebant, qui naves instruerent, vel classis male ac post tempus comparata exibat, vel ipse piratarum more praedabatur novasque molestias civitati excitabat, qui trierarchi fungebatur vice. Nam qui contribuerant, saepe domi residebant, alio quopiam ad navem amandato. Scilicet in morem venerat locatio trierarchiae, haudquaquam utilis civitati. Domi vero de munere obeundo litigabant, ἀντιδόσεως actionem instituentes.

Qui ad onus aliquod publicum praecipue ad Trierarchiam designatus erat, si quem praeteritum esse opulentiorem putabat, poterat e Solonis instituto eum nominare ab eoque petere, ut aut ipse onus reciperet aut secum facultates permutaret; unde Actio dicebatur: ἀντίδοσις. Ita nominatus alterutrum facere cogebatur. Si detrectabat munus, pernegans se ditiorem esse, aedibus et omnibus rebus utriusque, aut saltem postulati, sigillum imponebatur, ne quid inde alio exportare posset. Tum ambo litigantes interposito jurejurando bona sua omnia praeter ea, quae erant in aurifodinis (iis enim alia tributa imposita erant), commentario s. inventario intra triduum consignata edere debebant. Causa ab imperatoribus in judicium deducebatur; quo expeditionibus mora objiciebatur damnosa.

3) Notandum τὸ ἀσύνδετον pro καὶ πότε, ut proxime οὐδὲν ἀνεξέταστον pro καὶ οὐδέν rel.

4) Duplex in una enunciatione interrogatio frequentissima inprimis apud Platonem. Heind. ad Plat. Hipp. maj. p. 166. Accusativus λαβόντα sc. τινα pendet a δεῖ ποιεῖν. Cf. Olynth. II. p. 21. §. 13. n. 1.

5) Τὰ τοῦ πολέμου, res bellicae. Schaefer.

6) I. q. τοὺς χωρὶς τῶν πρώην δεσποτῶν οἰκοῦντας ἀπελευθέρους, libertinos, qui relictâ patroni familiâ

suum ipsi gerunt negotium. Wolf. Ex Harpocratione, Suida aliisque Grammaticis (s. vv. *Τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας* et *Μετοίκιον*). Vid. Boeckh. Oecon. I. p. 280 sqq. ubi de Nautis agitur.

7) *Αὐτούς* h. l. i. q. *ἡμᾶς αὐτούς* s. *πολίτας* non Subjectum est, sed Objectum Infinitivo *ἀντεμβιβάζειν*, qui pendet ab *ἔδοξε*, i. e. placere solet (Matth. Gr. §. (503) 502, 3) rursus in eorum loco nos ipsos s. cives in naves imponere. Quod jam viderat H. Wolfius, qui haec: „*Αὐτούς* sc. *Ἀθηναίους καὶ πολίτας ἀντὶ τῶν μετοίκων καὶ ἀπελευθέρων.*“ Cf. ad Olynth. I. p. 9. §. 1. n. 8. et p. 11. §. 9. n. 6. II. p. 18. §. 2. n. 1. Plene adeoque pleonastice dixit Thucyd. L. VII. c. 13: *ἀνδράποδα Ὑπερικά* (Object.) *ἀντεμβιβάσαι ὑπὲρ σφῶν πείσαντες τοὺς τριηράρχους, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ ἀφῆγηνται.* Conf. Isocrat. Symmach. Vol. II. p. 200. sq. cap. 16. §. 48 Bkk: *Τότε* (*τὸ πάλαι*) *μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν* (*οἱ πρόγονοι*), *τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναῦτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον, νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν* (remigare) *ἀναγκάζομεν.*

8) *Ταῦτα μέλλειν* ut Menander ap. Athen. L. VI. §. LII. p. 248. b. *ὀκνηρὸς, πάντα μέλλων.*

§. 37. 1) Cf. supra p. 42. §. 7. n. 2.

2) Proprie per tempus intermedium, dum parentur copiae s. ante paratas copias; *τὸν μεταξὺ χρόνον* conjungendum cum *οἰόμεθα*.

p. 51. 3) *Ὁ σκοπὸς τῆς ἐπιστολῆς ἐστιν οὗτος: ὁ Φίλιππος ἐπέστειλεν Εὐβοιεῦσιν συμβουλεύων μὴ δεῖν ἐλπίζειν εἰς τὴν Ἀθηναίων σύμμαχίαν, ὅτι οὔτε* (leg. *οὐδὲ*) *αὐτοὺς δύνανται σώζειν.* Schol. August. Vid. Proleg. §. 21.

§. 38. 1) Conf. Olynth. III. p. 33. §. 18.

2) Τῷ Ὑπερβήσεται Subjectum est non τις, sed τὰ πράγματα, id quod postulat et sententia et grammatica. Sed notandum, h. l. Aoristum 2dum ὑπερβῇ praetermittat transitive esse dictum. Quod addendum Duumvirorum Buttmanni et Matthiaei Gramm. max. gr. s. v. *Βαίνω*. Cf. Pseudo-Dem. Prooem. p. 1419. §. 1. Reisk. Ind. Graec. s. v. *ὑπερβαίνειν*. Lex. Xenoph. s. eod. v. De Futuri significatione intransitivâ cf. Xenoph. Hell. L. VII. c. II. §. 5: *Θηβαῖοι δὲ προσῄεσαν ὡς ὑπερβησόμενοι* sc. *τὸ Ὄνειον*. Steph. Thes. p. 2557. sq. ed. Lond.

3) Id ipsum blandi illius aetatis oratores sectabantur. Conf. Olynth. III. l. cit. et sqq.

4) Cf. Olynth. III. p. 32. §. 13.

§. 39. 1) Ἔμπροσθεν εἶναι et ἀκολουθεῖν sibi oppositum, ut ἔμπροσθεν εἶναι et ὄπισθεν ἕπεσθαι. Xenoph. Anab. Lib. V. cap. 6. §. 9: *πολεμίων πολλῶν μὲν ἔμπροσθεν ὄντων, πολλῶν δὲ ὄπισθεν ἑπομένων*, quem locum bene citavit Schaeferus. Cf. Locus Livianus ad Olynth. I. p. 10. §. 4. n. 4.

2) Olynth. I. p. 13. §. 15. n. 2. q. cf.

3) Nostrum locum ante oculos habuisse videtur Ammian. Marcell. Lib. XXI. cap. V. p. 219; expertus (sc. Julianus), quid in rebus tumultuosis anteversio valeat et praegressus. Cf. D'Orvill. ad Charit. p. 338 sq. Amst. p. 404. Lips. q. cit. Taylor in schedis. Aptius vero composuit eandem sententiam Demosthenis cum Herodotea Stobaeus Floril. T. 52. §. 31 p. 364, l. 12 et ejusd. T. §. 42. p. 365, l. 18. Cf. ejusd. T. 54. §. 42. p. 365, l. 10. Vid. Herodot. Lib. VII. cap. 49: *μάθε, ὅτι αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι καὶ οὐκὶ ἄνθρωποι τῶν συμφορέων.*

§. 40. [1]) Opes et copiae Atheniensium etiam Demosthenis aetate maximae erant. Boeckh. Oecon. I. p. 273. sqq. sqq. praecipue p. 290 sq.

Triremes instrui poterant . . .	300 400	×
quibus veherentur ducenteni . . .		200
		80000

Conf. Olynth. III. p. 29. §. 5. n. 3. A Sociis contra Philippum conflavit postero tempore Demosthenes mercenarios 15000 et equites 2000 praeter copias civiles. Demosth. Coron. p. 306. §. 237. Boeckh. l. c. Dem. Symmor. qui locus cummaxime huc pertinet, p. 181. §. 13: *οὐδεὶς ὅπου τῶν πάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονεῖ, ὅστις ὁρῶν ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας, ὁπλίτας δὲ ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας.* Praeterea suum quisque Hoplita et eques ministrum ducebat. Inde quis rationem proposuerit hanc:

Equites		1000
Hoplitae (10: 1 Eqq. vid. supra §. 21. n. 6) .		10000
Ministri		11000
Triremes	300 ×	
Nautae, Remiges et Classiarii	200	
	60000	60000
		82000

praeter milites levis armaturae.

Reditus Atheniensium annui tenuissimi erant post bellum sociale ut videtur circa 400 Talenta = 579 072 Thal. = 1 042 328 Flor., sed mox eâdem aetate (Olymp. CIX. 4/1 a. Chr. 340) Lycurgo Quaestore 1200 Talenta = 1 737 217 Thal. = 3 126 991 Flor. Boeckh. l. c. p. 465 sqq. praecipue p. 466 sqq. Divitias Atheniensium reliquarum cunctarum urbium opes

paene aequare eodem tempore dixit Demosthenes Symmor. p. 185. §. 25: ἐν ταύτῃ (τῇ πόλει) χρήματ' ἐγεστιν ὀλίγου δέω πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις. Census (neque vero pretium nec divitiae privatae, οὐσία, quae fortasse 30 000 vel 40 000 Talentorum summam efficiebat), sed census, τίμημα (willkührlich angenommene Schätzung), secundum quod tributa extraordinaria describebantur, totius Atticae tum erat 6000 Talenta = 8 686 086 Thal. = 15 634 962 Flor. Boeckh. l. cit. II. p. 8 sqq. et p. 21 sqq. Conf. Olynth. I. p. 14. §. 19, n. 2.

2) „Assectamini omnes, i. e. in tergo haerentis hosti, sequimini, quo vos adversarii ducunt." Wolf. Recte; namque „ἀπολείπεσθαι inprimis cum negatione facit elegantem λιτότητα; studiose sequi ducem sive viae sive belli: adhaerere amico vel magistro." Sturz. in Lex. Xen. s. v. Vid. proxima §. 41. Alii alia.

3) „Non multum ab hac similitudine abhorret, quod est apud Aristotelem Metaphys. Lib. I. cap. IV. Vol. VIII. p. 10, lin. 21. Sylb: ἀμυδρῶς καὶ οὐδὲν σαφῶς, ἀλλ' οἷον ἐν ταῖς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποιοῦσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι περιφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς, ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι ἀπὸ ἐπιστήμης, οὔτε οὗτοι (οἱ πάλαι φιλοσοφήσαντες) ἐοίκασιν εἰδόσι λέγειν ἃ λεγουσι." Wolf. Ut imprudentem virum cum pugile barbaro et inexercitato illi comparaverunt, ita Panaetius Philosophus (de off. Lib. II. ap. A. Gellium N. Att. Lib. XIII. cap. 27) prudentem et rerum gerendarum peritum cum peritis pancratiis: „vita, inquit, hominum, qui aetatem in medio rerum agunt ac sibi suisque esse usui volunt, negotia periculaque ex improviso assidua et prope quotidiana fert, ad ea cavenda

ac declinanda perinde esse oportet animo semper promto atque intento, ut sunt Athletarum, qui pancratiae vocantur. Nam sicuti illic — sed longiorem locum ipsi evolvatis, qui quidem his finitur: „ne qua in re adversâ et repentinâ incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur.“ Plura largitus est Valesius ad Harpocr. s. v. προβαλλομένους. q. cit. Taylor. in schedis.

4) H. e. consectatur plagam, sequitur, vestigia ictus; illuc identidem obmovet caestum et praetendit, ubi jam ictus fuit, non quo plaga inferenda impetum minatur; non praecavet vulnus, sed facto jam succurrere festinat. Dem. Coron. p. 251. extr. §. 79: τούτων (τῶν ἀδικημάτων τοῦ Αἰσχίνου) εἰχόμην ἐγὼ καὶ τούτοις ἠναντιούμην. iis enim mordicus inhaesissem eaque acriter exagitassem. Reisk. Ind. Graec. Dem. s. v. Nro. 10. — Ἔχεσθαί τινος i. q. adhaerere alicui, ut ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν, inhaerere, insistere vestigiis; proxime sequi. Stephan. Thes. gr. s. v. p. 3984 et p. 3936. Lond.

5) Exspectaveris ἐκεῖ. sed intellige: manus illuc sunt in motu s. moventur. Lobeck. ad Phryn. p. 44. Thom. M. s. v. ἐκεῖ p. 282 sq.

6) Ἀντὶ τοῦ ὑποτίθεσθαι, οἷον πρὸ τῆς πράξεως εἰς τὸν νοῦν ἐμβάλλεσθαι, ὡς Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Cor. p. 258. §. 97) rel. Ἐν δὲ τοῖς Φιλιππικοῖς φησὶ Προβάλλεσθαι ἀντὶ τοῦ Προτείνειν τὰς χεῖρας ὡς εἰς μάχην. Harp. ibiq. Vales. et Phot. s. v. — Προβάλλεσθαι proprie arma defensoria dicimur, ξίφος, σαρίσσαν, τὰ ὅπλα. Inde προβάλλεσθαι simpliciter ad vim alicujus avertendam se munire. D'Orvill., quem citavit Rüdiger, ad Char. p. 602 Amst. p. 568 Lips. Xenoph. Cyripaed. Lib. II. cap. III. §. 10: προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου, ὅτι οἰοίμην πληγῆσεσθαι, καὶ ἅ

μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προσάπτειν ἐπεδιζον, ὅτι ἠδυνάμην, τὸν παίοντα.

§. 41. [1]) *Καὶ* h. l. eâdem ratione quâ Latinum Atque in significatione similitudinis. Buttmann Ind. in Plat. Dialogg. s. v. — Proxime de memoratis Philippi incursionibus cf. supra p. 44. §. 17.

p. 52. [2]) Verbum non frequens, quod quum tentatum videamus (Jensii Lect. Lucian. Lib. III. cap. XIII. p. 379 q. cit. Taylor in schedis), exemplis nonnullis est firmandum. Zosim. Hist. Lib. III. cap. XIV: *ἡ ἵππος συμπαραθέουσα τῇ ἡϊόνι τοῦ ποταμοῦ.* Lucian. Quom. Hist. Conscr. cap. 45. Vol. IV. p. 207. Bip.: *ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένῃ τότε τῇ γνώμῃ, τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν, ἐχομένην τοῦ ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείποιτο τῆς φορᾶς.* I. q. simul pone cursitare, *συμπαρακολουθεῖν.* Cum proximo *ἄνω κάτω* cf. Herod. III. cap. 5. ibiq. Wess. *Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω ἄνω.* Dem. Phil. III. p. 120. §. 36: *ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε* sc. *ὁ Φίλιππος.* Cf. Olynth. II. p. 22. §. 16: *ταῖς ἄνω κάτω* sc. *στρατείαις*, ubi vulgo: *ἄνω τε καὶ κάτω.* Vid. not. crit. ibiq. cit. Engelhardt. Utraque formula apud Platon. frequens de rebus fluctuantibus et incertis Stallbaum ad Phileb. p. 127.

[3]) I. e. ante hoc tempus. Olynth. II. p. 19. §. 5 sq. p. 26. §. 29. Phil. I. p. 42. §. 7. p. 52. §. 44.

[4]) Sc. *ταῦτα καὶ ἐξ ὕστερον.* Reisk.

§. 42. [1]) De Philippi *φιλοπραγμοσύνῃ* cf. Olynth. I. p. 13. §. 14. n. 2.

[2]) I. q. eâ sufficere nonnullis, s. iis nonnullos acquiescere, s. nonnullos eâ non aegre ferre. Cf. supra p. 46. §. 22. n. 5. — De *ὀφλισκάνειν* vid. ad Olynth. II. p. 18. §. 3. n. 4.

3) I. q. desperare de aliquo, ἀπελπίζειν. Zonar. s. v. ἀπογνούς. Unde νοσοῦντες ἀπεγνωσμένοι. Ut Plut. Aem. Paul. p. 267. B. Francf. cap. 22. Vol. II. R.

§. 43. 1) I. e. „Demiror autem neminem vestrum neque cogitare neque indignari, videntem principium belli, puniendi Philippi gratia sumtum esse, finem vero eo tendere, ne male affligamur." Obsopoeus. Augst orationem. A. G. Becker.

2) Cf. supra p. 42. §. 7. n. 11.

3) I. e. πολιτικῆς δυνάμεως κενάς. Quod Glossema in textum irrepsit. Vid Ulpian. et Schol. Bavar. Cf. nunc Engelhardt loc. cit. p. 39. Olynth. III. p. 30. §. 5. n. 4.

4) Infra p. 53. §. 45.

§. 44. 1) Laudant hunc locum ob incisa breviora, in quibus insit asperitas quaedam, Hermogenes de Form. Lib. I. cap. 7 de Asperitate vers. fin. p. 298. et ob interrogationum vehementiam Longinus de Sublim. cap. XVIII. §. 1. Cf. supra p. 43. §. 10. n. 4.

2) Hoc doricum Futurum Atticis frequentius est quam κλευσόμεθα. Matthiaei Gr. gr. §. 183. Anm. 3. p. 326.

3) Ad ποῖ οὖν, pro quo plurimi libri tuentur ποῖ δή, Ulpianus adnotat: Ἀνθυποφορὰ ἣν λύει στοχασμῷ. i. e. Orator sententiam adversarii conjecturâ praeoccupat. Hermog. Form. Lib. II. cap. 7. p. 433. q. cit. Taylor. in schedis.

4) Est magna quaedam confusio in verbis ὁρμᾶν, ὁρμεῖν, ὁρμίζειν et ὁρμίζεσθαι, quorum propria significatio primùm tironibus tenenda: Προσορμᾶν hostiliter accedo. — Προσορμεῖν (προσεδρεύειν. Poll. Onom. Lib. I. §. 122.) adstare in statione. —

Προσορμίζειν, appellere, applicare. — *Προσορμίζεσθαι*, appelli, applicari. Deinde *ναῦν*, *στόλον*, *ἑαυτὸν* rel. hia vel addi vel omitti possunt, ut promiscue fere intelligantur et usurpentur, cumque Adverbiis motûs et quietis conjungantur. Ut h. l. *ποί*, *πῆ*, *ποῦ* varii exhibent codices. — *Ποῖ προσορμιούμεθα* i. q. *ποῖ τὸν στόλον προσορμιοῦμεν*. D'Orvill. ad Charit. p. 118 sqq. Amst. p. 271 Lips. q. cit. Taylor. in schedis.

[5]) Aoristi Indicativus (*ἤρετο* enim est Aoristus non Imperfectum) significat h. l. „facile quem interrogaturum esse.“ Aoristum enim constat ita usurpari, ut quod saepe jam factum sit, facile repetatur, unde quam plurimum vertunt: solere, vel per Praesens. Vid. Matthiaei Gramm. §. (503) 502, 3. §. 506. cf. Thiersch. Gr. gr. §. 291. 3. Ita fit, ut h. l. proxime accedat Aoristi Indicativus ad significationem Optativi cum particula *ἄν*, quem Modum dicunt potentialem. Conf. Matth. l. c. §. 509. sq. Heindorf. et Edit. Lips. ad Wytt. Platon. Phaedon. p. 73. d. §. 49. Buttm. Gramm. Gr. §. 124 Observ. 8. (§. 511. 512) cf. supra §. 36. n. 6. — Quid quaeris? *ἤρετό τις*, ut Latinorum inquit, formula est, ubi aliquid ex adverso nobis objici et opponi fingimus, sive id ab uno seu pluribus sive ab absente seu praesente fit. Bentley ad Horat. Serm. Lib. I. S. IV. v. 78. Lucian. Herod. cap. 5. Vol. I. p. 834. R. Vol. IV. Bip.: *Καὶ τί τὸ θαῦμα ἐνῆν τῇ γραφῇ αὐτοῦ; ἤρετό τις*, ubi, ut in nostro loco Pearcius, Solanus corrigere sibi videbatur *ἤροιτ' ἄν τις*.

[6]) Vid. ad Olynth. II. p. 24. §. 21. n. 2. Tacitus nostrum locum sic reddidit: Aperiet et recludet contecta et tumescentia victricium partium vulnera bellum ipsum. Hist. II. 77.

p 52. 7) Vid. Olynth. II. p. 24. §. 23. n. 1.

8) Rei argumenta ubi deessent, vituperandos esse adversarios adeoque conviciis prosequendos, id docebat vetus Rhetorica. Aristot. Rheter. Lib. III. cap. 17. med. Vol. II. p. 152. lin. 6.: *δεῖ ἀποροῦντα τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι καὶ Ἰσοκράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ* rel. Ex multis locis huc unum adscribamus Isocrat. Panegyr. §. 6. I. p. 162 Aug.: *ἕως δ' ἂν....τὰ εἰρημένα φανῇ ἔχοντα τυγχάνῃ.* Conf. Olynth. III. p. 35. §. 22. n. et (citante Rüdig.) Prooem. 53. p. 1459.

9) Conjunctivum Aor. I. Pass. et Aor. II. Act. et Medii post *μὴ* et *οὐ μὴ* pro Futuro usurpari docet Grammatica Matth. §. (516. b.) §. 517. Stallbaum ad Platon. Apolog. p. 29. d. cap. 17. cf. id. ad. ejusd. Phaedon. p. 66. b. cap. 11. Memorabilis societas *οὐδὲν — εὖ μή* pro usitato *οὐδὲν μή*, quam nusquam invenimus nisi Evang. Luc. cap. 10. vs. 19: *καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει.* Vide nunc quoque Fritzsche Lucian. p. 45.

§. 45. 1) *Ἀπὸ τοῦ βήματος· ἀπὸ τῶν λόγων* (quae ambo conjungens Phalaris *ταυτολογεῖ* Epist. 45. p. 160. ibiq. Lennep. cit. Schaef.) Spes e tribunali s. concionando concitatas. Conf. supra p. 45. §. 19. n 3. Arctius circumscribit haec verba Valesius (Emend. Lib. IV. cap. 8 p. 109. q. cit. Taylor in schedis) de Ducum magnificis pollicitationibus. „Solebant, inquit, tunc temporis duces Atheniensium, simul atque populi suffragiis electi fuerant, consecuto suggestu magnifica quaedam populo pelliceri et victorias ac trophaea spondere. Docet id [Pseudo-] Demosthenes Or. *περὶ συντάξεως* [p. 171. §. 19], ubi de duce Atheniensium sic ait: *τὰς ἐλπίδας ὑμῖν ὑποτείνων, ἄλλο*

ϑ' οὐδέν. Hinc Proverbium: *αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις*, cujus meminerunt Graeci Paroemiographi." Cf. Prolegg. §. 15. n. 4. — De vocabulo *συναγωνίζεσθαι* i. q. *συλλαμβάνεσθαι* vid. Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 205. p. 244. a. Küst.

[2]) Accusativus pendet et a *καταγελῶσιν* et a *τεθνᾶσι τῷ δέει*. Dem. f. leg. p. 366. §. 81: *ὥστε τὸν δῆμον τῶν Φωκέων τεθνάναι τῷ φόβῳ Θηβαίους καὶ τοὺς Φιλίππου ξένους*. q. cit. Rüdig. *Τεθνάναι δέει, φόβῳ*, eundem casum adsciscit, quem *φοβεῖσθαι, δεδιέναι*, ut Adjectivum ejusdem Verbi. Polyb. Lib. I. cap. 39. §. 12: *οὕτως ἦσαν καταφόβοι τοὺς ἐλέφαντας*. Lex. Polyb. s. v. *κατάφοβος*. Fischer. ad Weller. III. a. p. 386. sq. Matth. Gr. gr. §. 423. Ann. p. 779. Vide Schol. Aristid. p. 196. med. Thom. M. s. v. *ἀπόστολος* p. 104. Cf. supra §. 35. n. 5. Adde nunc Engelhardt Programm. 1828 p. 39 sq. Ad rem omnibus notam cf. Isocr. de pace Vol. III. p. 200. cap. 16. §. 46 supra ad §, 29. n. 3. descriptus et Proleg. §. 17. not. 1. Maxime Chares ea facinora contraxit. Diodor. Lib. XV. ad ann. CIV, 4: *Χάρης δὲ τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει*. — Ejus classem postero tempore (Olymp. CIX, 4.) metuentes civitates non admiserunt. Plutarch. Phocion. p. 747 extr.: *οὐδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλλ' ὑποπτος ὢν πᾶσι, ἐπλανᾶτο χρηματιζόμενος ἀπὸ τῶν συμμάχων καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων*. Cf. id. ibid. p. 746. E.

§. 46. [1]) I. e. dux solus sine exercitu. Apte commemorat Tourellus proverbium *εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ*, et Euripidei (Heraclid. v. 275): *μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη*. Adde ejusd. Euripid. Phoen. 752: *εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ*. Vid. Zenob. Cent. III. 51. Suid. Cent. VI.

5. p. 66. et p. 412. ed. Schott. Cf. supra p. 47. §. 26.

2) Vid. §. 45. n. 1.

3) Cf. infra §. 47.

4) *Ἀπόμισθος· ἄμισθος, μισθὸν μὴ δεχόμενος*, sine mercede, mercenarius, cui pactum stipendium non solvitur. Harpocrat. Bekker. Anecd. I. p. 431. Suid. Sturz. Lex. Xen. s. v. Schol. Aug. qui addit haec: *Οἱ δὲ συκοφάνται ὑπὲρ ὧν ὁ στρατηγὸς ἐκεῖ πράττει, ἐντεῦθεν* (quae est vulgaris Lectio) *κατηγοροῦσι εὐχερῶς. διὰ γὰρ τὸ μὴ παρεῖναι ὑμᾶς συκοφαντῶν ἀνέχεσθε. Ταῦτα πρὸς Κηφισόδοτον αἰνίττεται.*: Cephisodotus Cerameensis causidicus illius aetatis celeber, Iphicratis inimicus, cum Charidemo de Chersoneso male transegit. Vid. Reisk. Ind. hist. s. v. Cf. quos citat Schaefer. ad h. l., quibus adde Ulpian. et Schol. Bavar.

5) *Καί* i. q. dic praeterea. Ita solet copula interrogativis *τίς, πῶς, ποῖ, πού, ποῖος* postponi. Porson. ad Eurip. Phoeniss. v. 1373. cit. Schaefer.

§. 47. 1) Cf. supra §. 25. n. 2. ibiq. cit.

p. 54. 2) Vid. Boeckh. Oecon. I. p. 291. sq. Cf. Olynth. II. p. 25. §. 25.

Duces, qui quidem non semel accusati et damnati sint, plures cognovimus, ut hac ipsâ aetate Iphicratem et Timotheum Olymp. CVI. (A. G. Becker. ad h. l. ibiq. citt.) a Charete accusatos. Illi vero pugnam cum hoste ineundam neutiquam detrectabant. Itaque Charetem et non semel accusatum et absolutum, et bellum justum fugientem ejusque similes hic significari putamus. Cf. Theopompus ad Olynth. III. p. 37. §. 31. n. 5. citatus. Vid. supra §. 45. n. 2. Olynth. II. p. 26. §§. 28 et 29. n. 2. Fals. leg. p. 447. §. 332.

§. 48. [1]) Cf. supra §. 10.

[2]) Hunc rumorem Atheniensibus pergratum fortasse Philippus per amicos spargebat. Phil. II. d. 69. §. 14 (habita Olymp. CIX, 1.): φασὶ μὲν μέλλειν πρὸς τοὺς Θηβαίους αὐτὸν ὑπόπτως ἔχειν, καὶ λογοποιοῦσι περιττόντες τινὲς, ὡς Ἐλατείαν τειχιεῖ.

[3]) Olymp. CVIII, 2. a. Chr. $\frac{347}{343}$. Isocrates Philippum exhortatus est, ut Persarum regi bellum inferret. Orat. ad Phil. Vol. I. praecipue pp. 362 sqq. cap. 35 sq. §§. 83 sqq. Non meras videntur loquaces Athenienses jactasse nugas. Demosthenes autem verisimiles futilibus commiscuisse.

[4]) Illyrios omnino devicerat Olymp. CVI, 1. a. Chr. $\frac{356}{355}$. Diodor. Lib. XVI. capp. 4. 8 et 22. Proleg. §§. 14 et 20. „Haud veri absimile est Philippum eos istiusmodi rumores eo animo sparsisse, ut sibi ipsi essent utiles, persuadebant enim Atheniensibus, longe remota esse ejus consilia.“ Tourellus.

[5]) Ἕκαστος nonnunquam cum Plurali conjungitur. Matth. Gr. gr. §. (301) 302 p. 602.

§. 49. [1]) Haec imago, apud nos recentiores frequentissima, apud veteres non tam erat frequens, ut non animadverterent Grammatici. Thom. Mag. s. v. μεθύσῃ: Οὐ μόνον ἐπὶ οἴνου τὸ μεθύω λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς ὑβρίζειν καὶ μὴ ἐθέλειν σωφρονεῖν ὑπό τινος τυχὸν ἐξουσίας ἢ πλούτου ἢ τοιούτου τινὸς ἄλλου, ὡς Δημοσθένης περὶ Φιλίππου λέγει rel. καὶ Λιβάνιος ἐν τῇ τοῦ Ἀχιλλέως ἀπολογίᾳ (Decl. Tom. I. p. 230. A. ed. Mor. Vol. IV. p. 49 Reisk.): οὐ κατὰ στρατηγοῦ μεθύειν. Horat. Od. I. 37. v. 12: Quidlibet impotens sperare fortunâque dulci ebria Cleopatra. Etiam de calamitoso Theocr. Id. XXII. v. 98:

Ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων.

2) Hermogen. Invent. Lib. IV. cap. X. παρὲ τροπῆς p. 222 q. cit. Taylor in schedis: τῷ μεθύειν παραπέμψον τὸ ὀνειροπολεῖν σεμνὰν ὂν ἐκόσμησε τὸν λόγον. κοινὸν γὰρ ἐστι τῶν μεθυόντων τὸ ὀνειροπολεῖν.

3) Οὐ μέντοι γε i. q. non sane quidem. Hoogev. part. p. 474 sq. Schütz. Viger. p. 464.

§. 50. 1) Atticorum est τινά usurpare etiam de certis. Kühn. ad Pausan. Lib. IV. cap. 29. §. 1. p. 350. Significatur enim idem Philippus, qui modo dictus est ἄνθρωπος, qui pro Atheniensibus Amphipolim se expugnaturum esse aliaque facturum promiserat. Sed infinitum pronomen usurpatum est, quia illum imitati sunt alii deceptores, qualis fuit Charidemus Orita; is enim, qui Atheniensibus se favere simulabat magnasque spes Chersonesi recuperandae exitaverat, Philippo fidem obtulit. Olymp. CVI, 4. a Chr. $\frac{353}{362}$. Proleg. §. 27.

2) Ex antegresso πράξειν subaudi πράξας. Pseudo-Dem. contra Aristogit. I. p. 771. §. 7: ὃ μηδεὶς μὲν ἂν αὐτὸς πεποιηκέναι φήσειεν, ἐν δὲ ταῖς ψήφοις εὑρεθήσεται. subaudi πεποιηκώς. cit. Schaefer.

3) Κἄν h. l. i. q. καὶ, ἐὰν. ut καὶ pertineat ad Apodosin. Cf. supra §. 19. n. 5. Demosth. Phil. III. p. 119. §. 32. Devar. de partt. p. 197. ed. Reusm. Hoogeveen. de partic. p. 325. sq. ed. Schtz.

4) Hanc sententiam Orator auditoribus saepe inculcat. Vid. Olynthiacarum Dispositiones.

5) I. q. ποῖά τινα. Osann. ad Philemon, 43. p. 30. cit. Schaef. Idem tradit Harpocr. s. v. ἄττα.

§. 51. 1) Publice publicâque in causâ ante Phil. I. scripserat Demosthenes orationes has: in Leptinem; in Androtionem; de Symmoriis; pro Megalopolitis; in

Timocratem; in Aristocratem. Cf. Libanii Vita Dem. p. 4. §. 5. n. 1.

2) Vid. Olynth. I. p. 14. §. 16. n. 2.

p. 55. 3) Animadvertenda duplex ejusdem Verbi structura: *οἶδα ὅτι συμφέρει*, et *εἰδέναι συνοῖσον*. De Infinitivorum Concussione cf. Xenoph. Cyri Instit. Lib. I. cap. III §. 13: *νομίζειν εἶναι καταλιπεῖν*. Id. ibid. cap. VI. §. 8: *τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν*, Vid. nunc Matth. Gr. gr. §. 545 extr. p. 1071. Ed. 2dae.

Damnum se timere pro liberâ oratione Demosthenes et alibi dicit. Cf. Olynth. III. p. 37. §. 32. Vid. ad Olynth. I. p. 14. §. 16. n. 2.

4) Ordo Verborum: *νῦν δ' αἱροῦμαι λέγειν ταῦτα ἐπ' ἀδήλοις οὖσι — γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ πεπεῖσθαι ταῦτα συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε*. Observandum h. l. *ὅμως*. Praepositio enim *ἐπὶ* cum participio i. q. quanquam. Matth. Gr. gr. §. 565. Ann. I. p. 1113 et §. 566. 3. p. 1115 sq. Thuc. Lib. VIII. cap. 97: *Ἐπὶ δ' οὖν ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν καὶ* etc.

5) Similes clausulae Olynth. I. et III. Turpis etiam Melanopus ita perorare solebat: *τὸ τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον*. Plutarch. Vit. Demosth. p. 851 sq. cap. 13. Vol. IV. R.

In Libanii Argumentum de Pace.

p. 55r §. 1. [1]) Ductum est bellum per decennium, inde ab occupatâ Amphipoli Olymp. CV, 3. a. Chr. $\frac{358}{357}$ usque ad Olynthum diruta Olymp. CVIII, 1. a. Chr. $\frac{348}{347}$. Prolegg. ad Oratt. Phil. I. et Olynth. §. 16 et §. 31.

[2]) Liban. Arg. ad Phil. I. p. 39. §. 1. n. 1.

[3]) Vid. Dem. de pace p. 62. §. 21. n. 4. et Prol. ad h. or. §. 3.

[4]) Olymp. CVII, 1. a. Chr. $\frac{352}{351}$. Proleg. ad Phil. I. et Olynth. §. 25.

[5]) Ἀνάστατον ποιεῖν apud poetas quidem et apud Herodotum i. q. *sedibus pellere.* Herodot. Lib. I. cap. 15: Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν νομάδων ἐξαναστάντες. Thucyd. Lib. IV. cap. 54: ἀνέστησαν (i. q. μεταῴκισαν Schol.) γὰρ ἂν οἱ Ἀθηναῖοι Κυθηρίους. Vid. Dounaeus. Eodem modo ἀνασττάτους γίγνεσθαι, *expelli, solum vertere;* et ἀνάστασις de populo e suis sedibus in aliam regionem transferendo, etiam benevolo consilio, non solum hostili animo, *Surrectio.* Ἀνάστατον ποιεῖν nonnunquam etiam, ut καταστρέφεσθαι, i. q. *subigere.* Sed h. l. et vulgo gravius intelligendum, i. q. *evertere, funditus vastare et perdere.* Schweighaeus. Lex. Herod. s. vv. Steph. Thes. s. v. Ἵστημι. Nro. XIX. p. 4561. Isocrat. Helen. Vol. II. p. 360. cap. 28. §. 50: οἱ μὲν περιεώρων καὶ πόλεις ἀναστάτους

γεγνομένας καὶ τὴν χώραν πορθουμένην. Aeschin. in Ctes. p. 471. R. §. 80: ὡς γὰρ τάχιστα εἴσω Πυλῶν Φίλιππος παρῆλθε καὶ τὰς ἐν Φωκεῦσι πόλεις παραδόξως ἀναστάτους ἐποίησε.

p. 56. [6]) De hoc toto loco vid. Prolegg. §§. 11 sqq.

[7]) *Συνίσταμαι* h. l. i. q. *adstipulor*: opponitur: *ἐνίσταμαι, ἀνθίσταμαι, repugno, renitor*. Steph. Thes. s. v. *ἵστημι*. Nro. XIX. p. 4617. A.

[8]) Non haec ipsa quidem verba Demosthenes dixit, sed sententiam Sophista recte paucis repetiit. Vid. Orat. p. 60 sq. §. 13—19.

[9]) *Προσκρούειν τινί* = *offendere, infensum reddere*; et ut h. l. *offendi, irasci, odisse*. Steph. Thes. s. v. Nro. XXI. p. 5373 sq.

[10]) *Αὐτοῖς* sc. *τοῖς Ἀθηναίοις*. Dem. p. 62. §. 19. *ἡμῖν πολεμῆσαι*.

[11]) Haec fere dixit Dem. loc. cit. et in fine.

[12]) *Περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς*. Orat. in fin.

§. 2. [1]) Dem. f. leg. p. 375. §. 111 sqq.: *ἦκον ὡς ὑμᾶς ἔναγχος* (Olymp. CVIII, 3. a Chr. 346, itaque ante orationem de f. leg. quinquennio fere) *Θετταλοὶ καὶ Φιλίππου πρέσβεις μετ' αὐτῶν, ἀξιοῦντες ὑμᾶς Φίλιππον Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι. — οὐ τοίνυν* (*ὁ Αἰσχίνης*) *ἀντεῖπεν οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα οὐδ' ἐφθέγξατο ἐναντίον οὐδέν, — ἀλλὰ καὶ συνεῖπε μόνος τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἀνθρώπων. καίτοι τοῦτό γε οὐδὲ Φιλοκράτης ἐτόλμησε ποιῆσαι ὁ μιαρός, ἀλλ' Αἰσχίνης οὑτοσί. —* De Philocrate flagitiosissimo proditore vide Reiskii Ind. hist. s. v.

[2]) De Conjunctivo post Praeteritum vid. Liban. Vita Dem. p. 4. §. 4. n. 12.

3) De pace p. 60. §. 32.

4) *Ἱστασθαι πρός τι* i. q. *resistere, obsistere, adversari, obstrepere.* Thucyd. Lib. V, cap. 104: *ὅσια πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα.*

5) *Συνιστάναι τινά τινί commendare* aliquem alicui, ejusque mores et facta *probare, laudare.* Xenoph. Conv. cap. IV. extr. §. 63: *ἔναγχος δὲ δήπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν τὸν Ἡρακλεώτην ξένον — συνέστησάς μοι αὐτόν.* Ej. Oecon. cap. III. §. 14. ibiq. Schn.: *συστήσω δέ σοι ἐγὼ καὶ Ἀσπασίαν, ἣ ἐπιστημονέστερον ἐμοῦ σοι ταῦτα πάντα ἐπιδείξει.* Steph. Thes. Nro. XIX. p. 4615. s. et p. 4617. med.

6) Haec ratio Libanii, non habitam esse orationem affirmantis, quia aliàs sibi ipse Demosthenes refragaretur in orat. de f. leg. loc. cit., placuit et aliis. Phot. Bibl. cod. 265. p. 801. Hoesch.: *Ὁ δὲ περὶ τῆς εἰρήνης λόγος καὶ ἄλλοις μὲν, μάλιστα δὲ Λιβανίῳ τῷ σοφιστῇ κατεσκευάσθαι μὲν, οὐ μὴν εἰρῆσθαι δοκεῖ. κατηγορῶν γὰρ ὁ ῥήτωρ Αἰσχίνου, οὐδὲν ἔλαττον αὐτὸν καὶ ἐπὶ τούτῳ αἰτιᾶται, ὅτι συνεβούλευσεν Ἀθηναίοις Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι Φίλιππον. ἐν ᾧ οὖν ἐκεῖνον πικρῶς διέβαλλε, πῶς ἂν αὐτὸς ἐθάρρησε γενέσθαι σύμβουλος;* Eandem rationem post Dounaeum multi debilitare conati sunt; ita quidem Dounaeus: „Ego nego Demosthenem fecisse idem, quod fecit Aeschines. Nam si princeps, ut Aeschines fortasse, hoc suasisset, si primus auctor exstitisset hujus sententiae, aut aliis id suadentibus suffragatus fuisset: merito reprehendendus videretur. At quum rex jam coöptatus esset in collegium idque reliqui Amphictyones consensu suo comprobarent, unus commune decretum rescindere non debuit neque id, quod actum erat, infringere, praesertim quum patriae magnum ex ea re periculum creari

videret. Aliud est enim ferre, si quid ferendum est, et probare quod probandum non est." Conf. Argum. Anonym. Schol. August. §. 4 sq. et Ulpian. ad Init. Orat. de pace: *Γέγονε δὲ τοῦτο* [*τὸ συμβουλεύειν εἰρήνην ἄγειν*] *αὐτῷ* [*τῷ Δημοσθένει*] *οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ δι' ἀνάγκην.* Contra quae hoc monendum: ita Demosthenem non omni vituperatione absolvi, qui Aeschinem calumniatus sit propter idem, quod iste fecerit etsi tempori cedens. Urgendum potius vocabulum *συνεῖπε.* Aeschines enim tantum abfuit, ut contra Philippum quid dixerit postulantem, ut Amphictyonicum decretum ratum haberetur, ut potius sit patrocinatus, *συνεῖπε*, ut laudarit, ut rationibus speciosis comprobarit; Demosthenes rem non probavit, sed temporibus tunc serviendum esse censuit. Cf. Weiske de hyperb. II. p. 39. A. G. Becker. Introd. ad h. or. p. 219 sqq. Ceterum superioribus addit Dounaeus haec: „Cur scripsisset Demosthenes orationem? Neque illa nostri defensio praetermittenda est: non idem semper oratori sentiendum est, nec, si quid nunc secus atque olim dixerit, inconstantiae fama metuenda, sed temporibus, ut res et causa postulat, serviendum (Cf. Cicer. pro Cluent. capp. 50 sq.). Postremo si Demosthenes scriptionem hanc celatam voluit, quae ratio fuit supprimendi? Denique si tacuit, quod meditatus est, cur in lucem edidit?" Quibus hoc tantum addamus, etiam orationem de f. leg. non habitam esse volunt, scilicet ne Demosthenes a se ipso discreparet. Vid. Barton. ad Plut. Vit Dem. cap. 16. Vol. IV. p. 914 sq. R. Quid? quod Wolfius ad Dem. f. leg. p. 375. §. 113 Aeschinis esse hanc orationem de pace aliquando censuit, contra quem vid. Reiskius ad h. or. init. At, o boni! oratores illi veteres et recentiores *δημαγωγοὶ* non tam

pro vero pugnabant quam pro suis partibus, rationem sequentes hanc: dumne auditores meminerint veri, vincant falsa et speciosa. Novam rationem Libanio resistendi iniit Jacobs Introd. h. or. p. 308 sqq. Schaeferus laudavit Seagarum in Diar. Classic. LII. p. 285. Cf. ad Liban. Arg. Phil. II. p. 65. §. 4. n. 5.

In Anonymi Argumentum.

p. 125. §. 1. [1]) Vide Prolegg. §. 11.

§. 2. [1]) Plures erant Amphictyoniae: in Calauria (Boeckh. Oecon. Vol. II. p. 366. Otfr. Müller Orchomen. p. 247.), in Delo (Boeckh. loc. cit. p. 217 sqq. p. 326 sq. Bronsted Graec. Vol. I. p. 56 sqq. Ed. germ.) et in aliis locis. Clavier. Hist. Graec. Vol. II. p. 21 sqq. p. 68. Namque quodque *κοινὸν συνέδριον τῶν ἀμφικτιόνων* dici poterat *Ἀμφικτυονία*. Nec Pythici Amphictyones uno loco congregabantur, sed Delphis vere (?), et Anthelae apud Thermopylas sitae autumno (?). Tittmann. Amphictyon. p. 76 sqq.

[2]) Nec vero omnium Graecorum, sed duodecim populorum. Tittm. loc. cit. cap. III. praecipue p. 62.

[3]) Jus dixisse Amphictyonas judiciumque exercuisse docent exempla ap. Tittm. p. 130 sqq. et p. 170 sqq.

[4]) Res Graecas curabant Amphictyones cum publicas tum sacras. Tittm. loc. cit. cap. V.

[5]) H. l. i. q. *ἐκεῖ*. Vid. Dem. Phil. I. p. 51. §. 40. n. 5.

[6]) „Intelligitur Amphictyon Deucalionis filius. Harpocrat. et Suid. s. v. *Ἀμφ.* ubi tamen etiam verior nominis origo atque vis (*ἀμφικτίονες* h. e. *περιοικοῦντες*) indicatur. Add. Heyn. ad Apollod. P. II. p. 328. ed. 2dae. et qui de Amphictyonum concilio copiose disputarunt. Ant. Dale Diss. 6. et Valesius in Acad. Par. lit. elegant. T. III. p. 191 sqq. V. p. 405.“ Beck. —

Vide nunc Tittmann über den Amphictyonenbund. Add. quos cit. Fabricius Bibliogr. antiq. p. 743. Schaffsh. et Macheri opusc. ed. Toepfer. p. 89 — 103. Clavier. loc. cit. Müller, Kruse, Wachsmuth, alii, etiam Lydiatus p. 120. ed. Frideaux ad Marm. Oxon. Ep. 8 sq., ubi duo distinguuntur Amphictyones: Deucalionis Thessalici (Saxii tab. geneal. IV.) filius, qui Thermopylis regnavit, et alter Amphictyon, qui Athenis regnavit, filius Cranai. Saxius loc. cit. XVIII. ibiq. cit. Reiner. Reinecc. de Familiis Vol. I. p. 577. Tab. 83. cf. Beckii Hist. univ. Vol. I. p. 814. ed. 2dae.

§. 3. [1]) Vid. Liban. Argum. ibiq. citt.

[2]) I. q. „quippe quod sententia ipsorum sit irrita" apud Amphictyones, qui etiam absentibus Atheniensibus Philippum in Amphictyonum concilium cooptassent. De ira eorum vid. Or. p. 63. §. 24.

§. 4. [1]) Non spuriam, quantum scimus, dicebant hanc orationem, sed non habitam. Vid. Liban. Arg. §. 2. ibiq. annot. Cf. A. G. Becker. Introd. h. or. p. 222 sq. et p. 226.

[2]) Ὡς c. Genit. Participii alio casu praecedente apud optimos quosque scriptores absolute et sine pronomine ponitur. Matth. Gr. gr. §. 568. p. 1123, unde petamus Herodoti exemplum Lib. VIII. cap. 144. ibiq. Valcken.: *νῦν δὲ, ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε.* Cf. Schneid. ad Xenoph. Cyrip. Lib. VI. cap. 1. §. 40. p. 430 sq. ed. 2dae. Verba conjunge ita: *ὡς ἔχοντος* (sc. *αὐτοῦ*) *ὑπόθεσιν ἀνομοίαν τῆς γνώμης αὐτοῦ*, i. e. *tanquam* ea oratio *haberet argumentum sententiae oratoris dissimile*, i. q. proxime: *τὸν λόγον εἶναι ἀλλότριον αὐτοῦ.*

p. 126. §. 6. [1]) *Πραγματικῆς ἐγγράφου.* repetendum e sequentibus *στάσεως*, ut ad *τοῦτον* subintelli-

gendum τὸν λόγον εἶναι. — Στάσις Latinis dicitur *constitutio, status, quaestio,* h. e. id, in quo causa consistit et versatur. Ernest. Lex. Techn. gr. s. v. p. 314 sqq. ejusd. lat. s. v. Constitutio p. 86 sqq. [„Στάσις κεφάλαιον γενικώτατον, *caput generale*, ad quod referantur omnia.“ Theodorus. „Status, qui graece στάσις dicitur, est veluti cardo, in quo tota causa versatur.“ Cassiodorus.] Jam πραγματικὴ pertinet ad res, negotia, facta, opponiturque conjecturali [στοχαστικῇ. est enim ex quorundam Rhetorum doctrina στάσις ἢ πραγματικὴ, ubi oratio re factâ gestâque nititur, *negotialis*, ἢ στοχαστικὴ *conjecturalis*]. Ipsa autem πραγματικὴ est vel ἔγγραφος, quando res, quae tractantur, nituntur scripto h. e. tabulis pacis, foederum, legum etc. ut h. l. εἰρήνη ἔγγραφος. „*In scripto versatur controversia, cum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur.*“ Cicer. de Invent. Lib. II. cap. 40. §. 116. Vel, est illa ἄγραφος, quando res non a scriptis et tabulis proficiscuntur, sed a ratione, ut hoc non scripto poterat confirmari, praestare, Philippo locum Amphictyonicum concedere neque bellum ei inferre. Ernest. Lex. Techn. Gr. loc. cit. et s. v. πραγματικός p. 283 sq. et s. v. ποιότης p. 276 sqq. Beck.

§. 8. [1]) Junge: φόβῳ τοῦ συμβουλεύοντος τὴν παραίνεσιν καὶ ὀκωχοῦν ἔχουσαν. Sed locus est corruptus.

[2]) Πρόθασις dicitur propositio et declaratio rei exponendae. Ernest. Lex. gr. loc. cit. s. v. p. 298.

[3]) I. q. divisa in duas partitiones. Vid. Disposit. h. or.

In Demosthenis Orationem de Pace.

p. 57. §. 1. [1]) Solent oratores initio dicendi, quo majorem sibi favorem conciliant, duras partes suas praedicare et causae, quam agunt, demonstrare difficultatem. Talia sunt exordia Demosthenis de Cor.: *πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τοῦτον τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου.* Isocratis de pace: *ἅπασι γάρ ἐστι φανερὸν, ὅτι μᾶλλον ἤθεσθε τοῖς παρακαλοῦσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὸ πόλεμον ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν.* Ciceronis pro P. Quinctio: Quae res in civitate duas plurimum possunt, hae contra nos faciunt. Sallustii (ad Caesarem de ordin. repl. ep. II. cap. 1. (vulg. 9) Vol. II. p. 1080. ibiq. Cort.): „Scio ego, quam difficile atque asperum factu sit, consilium dare — cuiquam mortali, cujus opes in excelso sunt.“ Alierum. Vid. Dounaeus.

[2]) *Προὔργου· πρὸ ἔργου.* Aristot. Metaph. cap. 7. §. 6. Vol. VIII. p. 111. init. ed. Sylb.: *ἔστι γάρ τι πρὸ ἔργου πρὸς τὴν περὶ τῆς οὐσίας σκέψιν.* i. q. est pro opere, operae pretium est, utile est, confert. I. q. proxime: *συμφέρον.* Suid. Conjungitur cum *εἰς* et *πρός*, et ut h. l. cum Infinitivo. Steph. Thes. Nro. XVII. p. 3781. Eodem modo *πρὸ ὁδοῦ.* Lucian. Hermot. cap. 1. Vol. I. p. 739. R. Vol. IV. init. Bip. ibiq. Gronov.: *ἀεὶ σπουδαῖόν τι πράττων καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν εἰς τὰ μαθήματα.*

[3]) *Κατὰ ταὐτὰ μηδὲ καθ' ἕν* i. q. *eodem modo ne in una quidem re.* — Schaefer.

§. 2. [1]) Difficultates consulendi enarrat Aristoteles Rhet. ad Alex. cap. III. Vol. II. p. 164 sqq. Sylb. Maxima difficultas exoritur ex incerto consilii exitu et ex angustiis rerum, quibus homines pressi sibique ipsis diffidentes alios ad consultationem adhibent. Id. Mor. ad Nicom. Lib. III. cap. 3 (5). Vol. IX. p. 40 sqq. Est enim συμβουλὴ ἱερὸν χρῆμα. Platon. Theag. p. 122. b. Vol. II. Bip. — Ceterum Plato item conjunxit ambo Adjectiva δύσκολόν ἐστι τὸ θρέμμα ἄνθρωπος — χαλεπὸν δὴ τὸ κτῆμα. Legg. Lib. VI. p. 777. b. Vol. VIII. Bip.

[2]) Aristot. loc. cit. Lib. VI. cap. 2. p. 100: οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐδὲν γεγονός. οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδεχομένου. Id. ibid. cap. 5. p. 102: βουλεύεται δ' οὐδεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ πρᾶξαι. — Cum n. l. cf. Phil. I. p. 51. §. 39 sqq. Olynth. III. p. 32. §. 14.

[3]) I. q. per, ut παρ' ὅλον τὸν βίον Aeschin. Socr. Dial. II. cap. 13. pag. 64 Fischer. Dem. saepe. Vid. Reisk. Ind. s. v. Fischer. ad Weller. Vol. IV. p. 269. Viger. p. 644. Nro. III.

[4]) Ὁ Κατὶ συνδεσμὸς παρέλκοντι ἔοικεν. Wolf. Non redundat, sed auget: adeoque eae, de quibus deliberatis. Schaefer. Nec redundare, nec augere videtur, sed conjungere, totusque locus ita intelligendus: rerum gerendarum et earum, de quibus deliberetis, agendarum occasiones amittitis, Psephismata enim sunt irrita. Phil. I. p. 45. §. 19. n. 3.

[5]) De hoc Verbo vid. Olynth. III. p. 29. §. 3. n. 3.

§. 3. [1]) Vid. Olynth. I. p. 10. §. 4. n. 1.

[2]) Se ipse conclusit in angustias, ut, si inde se posset expedire et exitum invenire, admirabilius

videretur, quod hic pollicetur, et augeretur attentio. Isocrat. de pace, cap. 5. §. 14. Vol. II. p. 176 a.: *ἐγὼ δ' οἶδά μὲν, ὅτι προέσαντές ἐστι* etc. — *ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων, οὐκ ἂν ἀποσταίην ὧν διενοήθην.* Ceterum, quo orationem redderet moratam, dubitanter dixit *οἶμαι*, non dixit *φημί*, quod asseverationis est. Sed ne diffidentiam prae se ferret, bonam spem, quam adjecit, ostenderunt: *καὶ πεπειπὼς ἐμαυτὸν ἀνέστηκα*, non enim temere quicquam sibi persuaserit. Doun.

3) *Ut pro urbe patriâ et tantis negotiis consultantes decet;* non vertendum: pro *civitate* sive *republica;* tum enim articulus non abesset; sed ubi *πόλις* de urbe dicitur, non opus est articulum addi. Vid. not. ad Soph. Oed. R. vs. 630. Schaefer. „Similiter *ἀγρὸς* sine Articulo dicitur.“

4) Infinitivi *λέγειν* et *συμβουλεύειν* pendent ab *ἕξειν*, qui pendet ab *οἶμαι*. Quod tironum causa monendum.— His verbis animos auditorum erigit et spe meliore permulcet. Nam illa anceps atque difficilis consilii capiendi ratio, quam proposuit, animos abjicere et debilitare potuit. Doun.

5) Plus pollicetur, quam praestat. Nam de *recuperandis* amissis nihil dicit. Wolf. Nullam hic jactantiam video. Hoc dicit Orator, si Athenienses nunc quiescant, fore ut rerum in meliorem statum conversione etiam amissa olim restituantur. Schaefer. Huc pertinet, quod Noster in fine dicit p. 63. §. 25: *δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι — ἢ τὸ προσκρούειν καὶ φιλονεικεῖν.* Rüdiger. *Σώζειν* h. l. i. q. *ἀνασώζειν*, ut servare pro recuperare. Vid. Doun. et Valeken. Schol. in N. T. Luc. cap. 1. vs. 18. Vol. I. p. 45 sq.

§. 4. [1]) *Περιαντολογίαι* alioqui odiosae sunt, sed hic perstringit arrogantes ac turbulentos oratores, quos Atheniensibus esse gratos etiam alibi (Olynth. III. p. 33. §. 21 sq.) queritur suamque modestiam commendat. Wolf. Vid. Doun. Cicer. Divinat. in Q. Caecil. cap. 11: „Intelligo, quam scopuloso difficilique in loco versor; nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima.“ rel.

[2]) *Παρ' ὑμῖν* prudenter additum, apud alios enim homines odiosi sunt jactatores. Dem. Cor. p. 226. §. 3: *φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι.*

[3]) Genitivus propter omissum *ἕν*. Vid. Olynth. I. §. 26. n. 2. — *Ἀνσιτελεῖν* i. q. *λύειν τέλη*, sumtum solvere, sumtum aequare et superare. Sophocl. Oed. R. vs. 316:

— — — *ἐνθα μὴ τέλη λύει.* —

ubi Triclinius: *ἔνθα οὐ λυσιτελεῖ.* non operae pretium est. Vid. Doun.

[4]) Ordo verborum: *εἰδὼς — τὸ λέγειν — ὅν.* De Participio post *εἰδέναι* ut proxime post *ὁρῶν* verbum sentiendi vid. Matth. Gramm. gr. §. 548. Nro. 2. p. 1075.

[5]) Quam molestum sit se ipsum laudare multi significaverunt veteres. Vid. Doun.

[6]) Animadverte artem hujus et proximi loci oratoriam. Vid. Doun. *Προλαμβάνειν δὲ πειρᾶται τὰς γνώμας τοῖς ἑαυτοῦ κατορθώμασιν, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ αὐτὸν δωροδοκῆσαι ὑπὸ Φιλίππου, ἅτε δὴ εἰς εἰρήνην τοὺς Ἀθηναίους προτρέποντα, τὸν εἰς πόλεμον αὐτοὺς ἀδιαλείπτως κινοῦντα.* Ducas.

p. 56. §. 5. [1]) Midias significatur. Dem. Mid. p. 550. extr. §. 110. et p. 570. init. §. 200.

[2]) Res narrata est Prolegg. Phil. I. §. 21. — Formula πρῶτος καὶ μόνος frequens est. Fritzsche Lucian. p. 11 sq.

[3]) Hoc abunduntur quidem, sed graviter dictum amat Demosthenes. Cfr. p. 104. §. 58: ἀναιρότατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων, i. q. omnium, quotquot vivunt, hominum. Lennep. ad Phalar. Ep. 84. p. 241. Schweigh. ad Polyb. Lib. IX. cap. 29. §. 2.

[4]) Hesiod. Op. vs. 216: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Cujus proverbii varios modos collegit Doun. ut ex Herodoti Lib. I. cap. 107. init. ibiq. Schw. et Gaisf.: τὰ δέ μοι παθήματα, ἐόντα ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνεε.

§. 6. [1]) Vid. Prolegomm. h. or. §. 3. — Ὑποκριτήν] Οἱ ἀρχαῖοι ὑποκριτὰς ἐκάλουν τοὺς νῦν τραγῳδοὺς λεγομένους, τοὺς ποιητὰς, οἷον τὸν Εὐριπίδην. Ulpian. Vid. Doun.

[2]) Plut. Lycurg. p. 41. C. cap. 4. Vol. I. R.: ἐπεστείλεν εἰς τὴν Σπάρτην Θάλητα ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον, ἔργῳ δὲ κ. τ. λ.

[3]) Πρυτανεύοντα· κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ πρυτανέα ὄντα. ἀντὶ δὲ τοῦ διοικοῦντα Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. ἐν δὲ δευτέρῳ [leg. ἑτέρῳ] Φιλιππικῶν (Phil. III. p. 126. §. 60) πρυτανευόμενοί φησιν ἀντὶ τοῦ διοικούμενοι καὶ διαστρεφόμενοι. Harpocr. indeque alii. Vid. Alberti ad Hesych. Vol. II. p. 1066. Schol. ad Aristoph. Acharn. vs. 60, quem jam citavit Reiskius, recte: χρηματίζοντα, πράττοντα· πάντα γὰρ ὑπὸ τῶν πρυτανέων διεπράττετο.

[4]) Εἶπον sc. οὕτως, ὡς rel.

[a]) *Λέγειν εἰς τινας* vulgari structurâ. Vid. Lex. Xenoph. s. v. *λέγειν*. §. 1. d.

[b]) Vid. Prolegg. h. or. §. 8 et 9.

§. 7. [1]) *Οὐδὲ εἷς* accipi potest aut pro *οὐδεὶς*, i. e., nemo defendit Neoptolemum, sed ipse suam causam egit [quod etiam patet ex subsequenti *ἐκείνου ἠκούσατε*]; aut plurimi fuerunt ejus defensores, i. e., totus populus, vos ipsi enim defendistis. Wolf. Hoc si voluisset dicere orator, scripsisset: *οὐχ εἷς*. Jacobs. Cf. infra p. 61. §. 17: *σῶς μὲν εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο, κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους δεσπότας ὑπάρχειν, οὐδὲ εἷς*. Rüdiger. Herodot. Lib. VIII. cap. 65: *οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων, οὐδὲ εἷς* (vulg. *οὐδεὶς*). — *Οὐδεὶς* est *nullus*, *οὐδ' εἷς* sive *οὐδὲ εἷς ne unus quidem*, *οὐχ εἷς non unus*, sed plures vel multi. Vid. Intrr. ad Gregor. Cor. p. 55 sqq. ed. Schaef. Steph. Thes. gr. p. 3159. p. 3642 et 3645. Nro. XVI. ed. Lond. Buttmann. ad Dem. Mid. p. 552. cap. 32. d. not. 6. Id. ad Plat. Alc. I. p. 112. §. 18. n. 6. Matth. Gr. gr. §. 137. p. 261.

[2]) Sc. *ἱερῷ* i. q. *θεάτρῳ*. Vid. Boeckh. Chronol. Mid. in Academ. Berol. a. 1818. p. 65. Nro. 4. De illa Ellipsi vide Lamb. Bos. p. 128. Cf. Interr. ad Gregor. Cor. p. 44 sqq. ed. Schaef. De Dionysiis vid. ad Phil. I. p. 50. §. 35. n. 1.

[3]) „Vertendum *ἐθεάσθε spectassetis*, quemadmodum quod sequitur *ἦν fuisset*." Schaefer. In hypotheticis enuntiationibus Imperfecta pro Aoristis nonnunquam praecedunt praesertim de re, quae fieri solet. Matth. Gr. gr. §. 505. p. 957. et 508. p. 965. ibiq. exempla. Buttm. Gr. §. 126. n. 10.

[4]) Intelligenda oratio, quam coram populo Demosthenes de clandestinis Neoptolemi machinationibus habuit, coronae tam parum probatam, ut, oratore

exsibilato, histrioni non minus plauderetur, quam si partes ille suas in fabula omnium optime egisset. Schaefer.

5) Loci sententia haec est: Atque in his non jam accusabo Neoptolemi defensores (neque enim ullus *praeter se ipsum* defendit), sed vos ipsos, *qui voluptatie studiosi cum reipublicae pernicie in comitiis etiam malum histrionem, qualis est Neoptolemus* (at vide Vit. Dem. p. 3. §. 3. n. 7. ibiq. cit. inprimis Diodor. Lib. XVI. cap. 92. et Tourrell. ad h. or. not. 3), *libenter audivistis aliàs tragoedorum judices prudentissimi.* Namque si in Bacchi theatro tragoedos spectassetis, nec de salute publicisque negotiis oratio esset habita: nequaquam vel eam *malum histrionem* tam aequis vel me *graviter dicentem* tam iniquis animis audivissetis.— „Poterat sententia his verbis absolvi: οὐκ ἂν οὕτως ἐκείνου πρὸς χάριν ἠκούσατε. sed quo acrius levitatem Athenienslum notaret, se opposuit addens: οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν.“ Beck et Jacobs. Observanda βαρύτης πρὸς τὴ ταραχύτητι καὶ θριμύτητι. Vid. Doun. p. 77 sqq.

§. 8. 1) De hoc loco vide Prolegg. h. or. §. 3.— Structura verborum haec est: *Καίτοι* — — ἠσθῆσθαι, ὅτι — ἐποιήσατο ὑπὲρ τοῦ λειτουργεῖν κομίσας, ὡς ἔφη, τακεῖ χρήματ' ὀφειλόμενα sc. αὐτῷ δεῦρο, καί, τούτῳ τῷ λόγῳ πλείστῳ χρησάμενος: „ὡς δεινὸν — ἄγουσιν“, ἐπειδὴ — ἔτυχεν, ἐξαργυρίσας ἦν — φανερὰν, ταύτην (pr. τὸν ἄργυρον ὃν ἐκ τῆς οὐσίας πωλουμένης ἐπράξατο Jacobs) ἀπάγων πρὸς ἐκεῖνον (τὸν Φίλιππον) ᾤχετο. Ut Verba primaria sint: ὅτι ἐποιήσατο καὶ, ἐπειδὴ ἔτυχεν, ᾤχετο.

p. 59. 2) Explicatum est hoc verbum Phil. I. p. 50 §. 36. n. 2. — Acerbe dictum.

3) *Οὐσία* est aut *ἀφανής* aut *φανερά*. *Ἀφανὴς* pecunia sive domi recondita sive apud mensarios collocata sive in negotiationem commissa, servi, animalia, vasa, reliqua, quae moveantur; *φανερὰ* quae solo continentur, Res soli: aedes, fundi, praedia. Harpocratio: *Ἀφανὴς οὐσία καὶ φανερά. ἀφανὴς μὲν ἡ ἐν χρήμασι καὶ σώμασι καὶ σκεύεσι. φανερὰ δὲ ἡ ἔγγειος.* Sic Maussac. Cf. Bekk. Anecd. Vol. I. p. 468, 28. Vid. Boeckh. Oecon. II. p. 23.

§. 9. 1) Tales amat transitiones, quibus dilucidam efficiat orationem. Vid. Hermog. de Form. Lib. I. cap. 4. p. 268 sq.

2) Ordo verborum: *Δύο μὲν δὴ ταῦτα, ὧν προεῖπον ἐγὼ, ὀρθῶς καὶ δικαίως, οἷά περ ἦν, ἀποφανθέντα ὑπ' ἐμοῦ, μαρτυρεῖ τοῖς γεγενημένοις λόγοις* i. q. Jam haec duo quidem ex iis, quae praedixi ego, recte et juste, qualia erant, pronunciata a me, testantur pro orationibus habitis. *Μαρτυρεῖν τινι* frequens. Vid. Steph. Thes. Gr. p. 5943. A. Nro. XXIII. Reisk. Ind. Gr.

3) Scil. *μαρτυρεῖ*. „Τρίτον δ' et *ἡνίκα* cohaerent, ut p. 58, §. 5. *πρῶτον μὲν, ἡνίκα.*

4) *Καὶ δὴ* i. q. *protinus*. Vid. Phil. I. p. 44. §. 13. n. 3.

5) Hoc enunciato orator post factam declinationem (*Δύο μὲν* rel.) ad superiora redit, qua figura (*ὑποστροφή*, Regressione, Einlenkung) languor narrationis tollitur. Ernest. Lex. Techn. gr. s. v. *συστροφή*. Doun. ad h. l. p. 91 sqq.

§. 10. 1) Haec posterior legatio vulgo dicitur *ἡ πρεσβεία ἡ ἐπὶ τοὺς ὅρκους*, non confundenda cum priore, quae dicitur *ἡ περὶ τῆς εἰρήνης*. Prolegg. h. or. §. 8.

2) Vid. Prolegg. h. or. §. 9.

3) Thespiae (*Θεσπιαί*, etiam *Θεσπρωτοί*, et antique *Θέσπεια*. vid. Reiske et Schaefer, ad h. l. et Kruse) ad Helicona versus Austrum sitae, LXXX Stadia (sive 4 Horas) ab Thebis aberant, quae civitates ab antiquis temporibus acerbe oderant. Thebani Thespias everterunt biennio ante pugnam Leuctricam Olymp. CI, 3. a. Chr. 373. (Dodwelli Ann. Xenoph. ad h. a. cf. Schneid. ad Xen. Hell. Lib. VI. cap. 5. init.), quarum incolae ejecti Athenas confugerunt. Vid. Kruse Hellas Vol. II. p. 600 sq. Adde Heraclid. de Polit. fin.: *Παρὰ Θεσπιεῦσι αἰσχρὸν ἦν τέχνην μανθάνειν καὶ περὶ γεωργίαν διατρίβειν, καὶ διὰ τοῦτο πένητες οἱ πλείους ἦσαν καὶ Θηβαίοις οὐσι φειδωλοῖς πολλὰ ὤφειλον.*

4) Plataeas (*Πλάταιαν*, *Πλαταιᾶν* et postea *Πλαταιάς*) ad Cithaeronem, prope Asopum, in Boeotiae, Atticae et Megaridis confiniis et in planitie ex clade Mardonii celebri sitas et a Thebis LXX Stadia (sive 3 ½ Horas) remotas aemuli Thebani et Atheniensea certatim vexabant. Nam Plataeenses cum Atheniensi foedere conjuncti Thebanum foedus detrectabant. Jam belli Peloponnesiaci anno quinto Plataeenses Thebanis hortantibus a Lacedaemoniis ejecti sunt. Thucyd. Lib. III. cap. 52 sqq. Post pacem Antalcidae restituti (Pausan. Lib. IX. cap. 1. §. 3), eodem quo Thespiae eversae sunt anno arcessitis Atheniensium auxiliis, suam iis urbem tradere volebant; quo comperto Thebani subito urbem securam occupant et exscindunt, civibus ejectis omnibus; qui Athenas confugiunt et recepti civitatem consequuntur. Diodor. Lib. XV. cap. 46. Inde post pugnam Chaeronensem Olymp. CX, 3. a. Chr. 338 a Philippo ipsi reducti vereque Plataeae restitutae sunt. Kruse loc. cit. p. 590 sqq. Beck. Hist. Univ. Vol. I.

p. 854. ed. 2dae. Otfr. Müller. Orchomen. passim. praecipue p. 412. p. 235 sqq. p. 396. p. 402 sqq.

3) Dem. f. leg. p. 375. §. 112: οὗτος μὲν γὰρ (ὁ Αἰσχίνης) ἔφη Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν (τὸν Φίλιππον) τειχιεῖν rel.

6) Διοικιεῖν ἀντὶ τοῦ διαιρήσειν, ὥστε μὴ ἐν ταὐτῷ πάντας οἰκεῖν, ἀλλὰ χωρὶς καὶ κατὰ μέρος. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Harpocr. [ibiq. Vales. cf. Suid. et n. crit. a. h. l.] Auger. Διοικίσαι ἐναντίον τῷ συνοικίσαι (ut supra οἰκισθήσεσθαι). συνοικίζει μὲν γάρ τις τοὺς διεσπαρμένους εἰς ἕν, διοικίζει δὲ τοὺς ἀπὸ ἑνὸς χωρίου εἰς πολλοὺς τόπους διανέμων καὶ ἀσθενεῖς ποιῶν καὶ διαιρῶν κατὰ κώμας. Bekker. Anecd. Vol. I. p. 239 sq. Schaef. Dem. f. leg. p. 445. extr. §. 325, qui totus locus cum nostro conferendus est: Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ καταοκάπτοντες, οἱ διοικισθέντες ὑπ' Αἰσχίνου τῷ λόγῳ. Cf. Barbeyr. Hist. Foed. Vol. I. Art. 252. not. 6. p. 225.

7) Vid. Vit. Dem. p. 3. §. 3. n. 3.

8) Prolegg. loc. cit.

9) Variatur structura, nam post accusativos cum infinitivo pendet nudus accusativus ab eodem ὑπισχνουμένων. De quo Zeugmate vid. Phil. I. p. 50. §. 35. n. 6.

10) Ἴσως ex aequo. Vid. Olynth. III. p. 35. §. 26. n. 3.

11) Vid. Prolegg. cit.

12) I. q. οὔτ' αὐτὸς λέγων ἐξαπατήσας οὔτε ἄλλων λεγόντων διηήσας. Reiske.

§. 11. 1) Ad arrogantiae crimen suspicionemque vitandam occurrit objectioni tacitae, id quod λύσις ἀντικίπτοντος appellatur, latine Refutatio. (Ernest. Lex. Techn. gr. s. v. Λύσις). Qualis est illa Ciceronis

pro Roscio Amer. cap. 1: „Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime; at tanto officiosior quam ceteri“ rel. Nisi quod hic aperte ponitur ἡ ἀντίθεσις κατ' ἀνθυποφορὰν καὶ ὑποφοράν, Praeoccupatio et Subjectio („quum aliquam sententiam adversarii ita proponimus, ut et simul illico respondeamus.“ Ernesti loc. cit. s. v. ὑποφορά). Cf. Doun.

[2]) I. q. *ne in ullam quidem*. Vid. supra §. 7. n. 1.

[3]) Aristot. Ethic. ad Eudem. Lib. V. cap. 12. sq. Vol. X. p. 161. Sylb.: ἡ δεινότης ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. Platonic. Defin. p. 413. a. Vol. XI. Bip.: Δεινότης· διάθεσις, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους. Inde δεινότης saepe est eloquentia absoluta, cui nemo non pareat. Vid. Doun. in h. l. et Duport in Theophrast. Char. I. Cf. infra §. 12: δεινότης καὶ σοφία.

[4]) Vid. Phil. I. p. 42. §. 7. n. 2.

[5]) Verbum ἀλαζονεία proprium i. q. sibi simulatione aliquid *vindicare*. Platon. Defin. p. 416. a. Vol. XI. Bip.: Ἀλαζονεία· ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Cf. Aristot. de Virt. et Vit. s. v. Ἀδικίας εἴδη. Vol. X. p. 226. med. Εἰρωνεία proprie dicitur i. q. sibi aliquid tribuere dissimulatione. Vid. Fischer. Ind. Theophr. s. v.

[6]) Est hoc genus περιβολῆς, circumductae sive exaggeratae orationis (des ausführlichen Vortrages), quae ad magnitudinem et σεμνότητα valeat; etiam ad perspicuitatem (Ernest. Lex. techn. gr. s. v. Περιβολή), quando indefinitum quid adjungitur finito. Dem. Cor. p. 226. §. 3: πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δὲ καὶ μεγάλα:

ἐν μὲν κ. τ. λ. ἕτερον δὲ κ. τ. λ. Quod idem exemplum citavit Hermog. Form. Lib. I. cap. XI. post init. p. 325. Cf. Doun.

p. 60. §. 12. [1]) Vid. Olynth. II. p. 24. §. 22. n. 3.

[2]) *Λῆμμα.* Vid. Olynth. III. p. 37. §. 33. n. 4.

[3]) Gregor. Naz. Orat. LIII. in Ecclesiast. init. Vol. I. p. 749. D. ed. Bill.: οὐδὲ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν ὄφελός τι τούτοις προσηρτημένον. Doun.

[4]) Contrarium ἀπηρτημένον vid. Phil. I. p. 43. §. 12. n. 4. — Ordo verborum: Καὶ οὐδεὶς ἂν ἔχοι δεῖξαι οὐδὲν λῆμμα προσηρτημένον, πρὸς τούτοις, ἃ ἐγὼ πεπολίτευμαι καὶ λέγω. — De integritate sua Demosthenes pluribus locis. Vid. prae aliis f. leg. p. 343. §. 7. de Cor. p. 325. §. 297 sq.

[5]) Thucyd. Lib. II. cap. 61. Pericles: ξυνέβη ὑμῖν πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις, μεταμέλειν δὲ κακουμένοις, καὶ τὸν ἐμὸν λόγον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης μὴ ὀρθὸν φαίνεσθαι. rel. Vid. Ulpian. in Dispositione h. or. §. 11. citat. Conjungendum igitur ὀρθόν cum τὸ συμφέρον ita.: φαίνεται οὖν μοι τὸ συμφέρον, ὅ,τι ἂν — πραγμάτων, ὀρθόν, apparet mihi commodum, quod ex ipso rerum statu oriatur, *rectum*, *verum*, *integrum*, tale quale revera est. Infra ὀρθῶς οὐδ' ὑγιῶς.

[6]) „Superius illud λῆμμα προσηρτημένον evocavit hanc imaginem, nam illud quoque translatum fuit a lancibus. Qua eâdem imagine utitur Noster in loc. de Cor. supra n. 4. cit.“ Doun. p. 109 — 112.

[7]) Secunda Persona infinite ursurpatur rarius apud Graecos quam apud Latinos. Doun. Cf. Matth. Gr. gr. §. 294. Ann.

[8]) Perseverat in eâdem translatione; quod enim est in trutinâ momentum, hoc in animo lucrum. Doun. p. 112 — 114.

[9]) Hic accusativus pertinet quoque ad *οἴχεται φερον*. Reiske.

[10]) I. e. *ὁ προσενέγκας ἀργύριον πρὸς τὸν τῶν πραγμάτων λογισμὸν καὶ διαχειρισμόν*. Reiske.

§. 13. [1]) Vid. Prolegomm. h. or. §. 6.

[2]) I. q. *potius opportuno tempore erat rebus gerendis*. Namque *καιρὸν ἔχει· καίριον e. ὠφέλιμόν ἐστι*. i. q. opportuno tempore fit. Thucyd. I. cap. 42: *χάρις καιρὸν ἔχουσα*. Viger. p. 254.

[3]) Structura verborum: *μὴ γενέσθαι* (sc. *τὴν εἰρήνην*) *μᾶλλον εἶχε καιρὸν τοῖς πράγμασι ἢ γεγενημένην λυθῆναι νῦν δι' ἡμᾶς*.

[4]) Vid. Prolegg. in Phil. I. et in h. or. passim.

[5]) De *τότε* post participium vid. Olynth. III. p. 33. §. 17. n. 3.

§. 14. [1]) Plene: *Δεύτερον δὲ φημὶ δεῖν ὁρᾶν*. De proxime *προαξόμεθα* D'Orville ad Char. p. 187 Amst. p. 313 med. Lps. cf. infra p. 63. §. 23.

[2]) Quos proxime nominat Thessalos, Argivos, Thebanos et alios quosdam. Cf. Prolegg. h. or. §. 11.

[3]) I. q. *Asseverantes*. Inest notio falsi. Buttmann. Gr. gr. §. 100. n. 2. Falsum enim erat asseverare, justum convenisse concilium Amphictyonicum, namque Athenienses aliique aberant, Phocenses ejecti erant, aderant Thessali olim a Phocensibus ejecti (Wessel. ad Diodor. Lib. XVI. cap. 60), maximeque barbarus, qualis ab Oratore perhibetur Philippus, praeerat concilio. Cf. Dem. f. leg. p. 446. §. 327.

[4]) Haec est summa hujus orationis. Non esse cujusquam unius populi neque ipsius Philippi vim per se metuendam; illud pertimescendum, si universi bellum gererent, idque eventurum, si decreto Amphictyonum Athenienses intercederent. Neque socios hostium esse

timendos; illas enim societates valere, quae vexatis adsint, ad bellum aliis inferendum nullos esse socios. Cf. Coron. p. 275. §. 143: πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγεις, Λισχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν. Doun.

5) Prolegg. in Phil. I.

6) Thessalos et Thebanos Atheniensibus infensos fuisse, favisse Philippo notum est. De Argivis vid. infra p. 61. §. 18.

§. 15. 1) De strepitu et perturbatione comitiali cf. Olynth. III. p. 30. §. 4. n. 4. „Demosthenes dicturus quod aures audientium respuerent, antévertit, et supprimit strepitum concionis. Doun. Platon. Apol. p. 20. E. cap. 5: καί μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θορυβήσητε κ. τ. λ.

2) De odio vetere atque perpetuo Atheniensium et Thebanorum vid. Olynth. I. p. 16. §. 26. n. 1.

p. 61. 3) Dem. de Cor. p. 240. §. 48: οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλων, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. — Stupor Boeotorum in proverbium abiit. Pindarus (Olymp. VI. vs. 151 (89) sq. ibiq. Boeckh. p. 162): ἀρχαῖον ὄνειδος εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν νν. Et Horatius (Epist. Lib. II. ep. 1. vs. 244): Boeotum in crasso jurares aëre natum. Wolf. Cf. Doun. Vox ἀναίσθητος contemtu plena saepe placuit Demosthenis. Lennep. ad Phalar. Ep. 58. p. 190. cit. Schaef. Athen. Lib. V. p. 186. F. Vol. II. p. 203 sq. Schw. τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς βοιωτικῆς (ita Jacobs pro ἀρωτικῆς vel βρωτικῆς) ἐστιν ἀναισθησίας συμπόσιον. Jacobs.

4) Ἔρεδρος in ludis gymnicis ille ex certantibus dicebatur, cui sorte obtigerat, ut certantibus aliis spectator sederet, postremo congressurus cum fatigato, vigens ipse atque integer viribus. Hinc locutio

ἐφεδρεύειν καιροῖς, ἀγαθοῖς rel. Auger. Vid. Lamb. Bos. Antiqq. Gr. cap. 22. §. 11. p. 99. ed. Zeun. Donn. ad h. l. praecipue d'Orville ad Charit. p. 388 Amst. p. 486 Lps. q. cit. Taylor in schedis. Locutionem eam Demosthenicam alii imitati sunt. Vid. Olynth. III. p. 30 §. 7. n. 6.

5) Philippus. Ἕτερος γὰρ καθεδεῖται· ἐπικαθεσθήσεται, κρατήσει τῶν ἄθλων ὁ Φίλιππος. Schol. August.

6) Aristoph. Ran. 803. sq.: νυνὶ δ' ἔμελλεν ἔφεδρος καθεδεῖσθαι. Donn.

§. 16. 1) Vid. Liban. Vit. p. 3. §. 3. n. 3.

2) Οὐκ αὐτῶν τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τῶν πολεμουμένων εἴτε Θηβαίων εἴτε Ἀθηναίων. Wolf.

3) Βοηθεῖν h. l. Beckio non Praesens, sed Futurum Atticum esse videtur, sequitur enim συνεπιστρατεύσειν. De illâ Futuri formâ vid. Buttm. gr. gr. §. 95, Ann. 16. Vol. I. p. 403. Fischer. ad Well. Vol. II. p. 357 sqq. Ita Dem. Aristocr. p. 672. §. 157: διαβιβᾶτε καὶ οὐ δυνήσεται. Id. f. leg. p. 440. §. 310: παράξει καὶ ἀναβιβᾶται. Quod autem dubitat Reiskius, num graecum sit βοηθήσοντας βοηθήσειν, temere dubitat de duplici Futuro. Lycurg. c. Leocr. p. 150. extr. cap. 6: οὓς αὐτίκα σώσοντας — ἐπικαλέσεται. Id. p. 237 cap. 36. Aeschin. c. Ctes. p. 540. §. 152: ἐπιχειρήσειν ἐθελήσεις. Thucyd. Lib. II. cap. 29. ibiq. Göller: πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμψειν. At copulantur Praesens et Futurum. Dem. Mid. p. 532. §. 55: νικᾶν καὶ — γενήσεσθαι. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 747. Ann.

Ceterum cf. Aesch. Ctes. p. 482. §. 90: ἔνορκον λαβεῖν τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, σύμμαχον ὀνομασθέντα, βοηθήσειν, εἴ τις ἐπ' αὐτὸν ἴοι. Ita Phocenses Thebanis in Peloponnesum invadentibus quanquam societate conjuncti auxilia detrectant, haec dicentes: ὅτι

συνθῆκαι ὄφισιν αὐτοῖς εἶεν, εἴ τις ἐπὶ Θήβας ἴοι, βοηθεῖν, ἐπ' ἄλλους δὲ στρατεύειν οὐκ εἶναι ἐν ταῖς συνθήκαις. Xenoph. Hell. Lib. VII. cap. 5. §. 4. Et Athenienses ipsi Messeniis, quos Phocensi bello exorto Lacedaemonii petebant, auxilium petentibus hoc responderunt: ἐς μὲν τὴν Λακωνικὴν οὔποτε μετὰ ἐκείνων ἐξβαλεῖν ἔφασαν, ἀρχόντων δὲ Λακεδαιμονίων πολέμου καὶ ἐπιστρατευόντων τῇ Μεσσηνίᾳ, παρέσεσθαι καὶ αὐτοί ὄφισιν ἀπηγγέλλοντο. Pausan. Lib. IV. cap. 28. init.

4) Asyndeton pro οὐδέ.

5) Una cum aliquo expeditionem suscipere in regionem alienam invadendam. Auger.

6) I. e. quarum (societatum) quis etiam rationem habuerit, quas etiam magni fecerit diligenterque servaverit.

§. 17. 1) Ἄχρι τῆς ἴσης sc. μοίρας, ὥστε i. q. ex aequo usque, ut. Sententia: non eo usque quisque sociorum benevolus est, ut ex aequo velit, sed aliter sentiunt socii, si contendimus de libertate, aliter, si contendimus de imperio.

2) Εἶναι· ζῆν, μὴ ἀναστάτους γίγνεσθαι, ὅσῳ ὑπάρχειν, sive quod proxime sequitur σῶς εἶναι. Ut esse apud Ciceronem Off. Lib. I. cap. 12. §. 38: „Cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famae. Sic — cum Cimbris bellum — gerebatur, uter esset, non uter imperaret.“ Ita εἶναι apud Platonem Criton. p. 50. §. 11. b: δοκεῖ σοι οἷόντε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατετράφθαι, ἐν ᾗ ἂν αἱ γενόμεναι δίκαι μηδὲν ἰσχύωσιν; (Sed vid. Buttm. ad h. l. in Addend. p. 207, qui hoc significare εἶναι negat). Apud posterioris quidem aetatis scriptores ea significatio usitatissima est. Heliodor. Aeth. Lib. I. cap. 29. extr.: ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ εἶναι καὶ ψυχῶν τῶν

ἡμετέρων — συμπίπτωμεν. Vid. Viger. p. 366 sqq. Valcken. ad Phalar. Ep. 84. p. 241. Cf. Intrr. inprimis Elsner. et Wolfii Cur. philol. ad Matth. Ev. cap. II. vs. 18 Valckenar. Schola in N. T Vol. II. p. 325 sq. Steph. Thes. gr. p. 3581. A. ed. Lond. Beckius autem εἶναι pro ἐξεῖναι intelligens locum ita explicuit: *ut liceat etiam imperium in ceteros capessere.*

3) Infinitivis εἶναι et κρατεῖν subjiciendum est τινάς sive ἡμᾶς ἢ Θηβαίους.

4) Intellige τοὺς ἑαυτῶν συμμάχους. Beckius. Recte; σῶς enim h. l. est Accusat. non Nomin., qui σῶοι apud Dem. invenitur. Cf. Matth. gr. gr. §. 124. p. 246.

5) Κρατήσαντας τοὺς ἑτέρους, ut supra κρατεῖν τῶν ἄλλων. Ita Thucydides eodem capite (Lib. I. cap. 109) variat structuram: κρατεῖν τῆς Αἰγύπτου et κρατεῖν τοὺς Αἰγυπτίους. Beckius contra: „τοὺς ἑτέρους non ita accipiendum est, ut antea κρατεῖν τῶν ἄλλων, sed sensus est: nolunt alios, victoria potitos, suos fieri dominos.“

6) Vid. supra p. 58. §. 7. n. 1. Ex ἂν βούλοιντο supple βούλοιτ' ἄν.

7) Hac figurâ, qua se ipsum orator interrogat, dilucidam orationem liquidamque reddit. Hermogen. De Form. Lib. I. cap. 4. p. 272. Ea frequens est apud Nostrum ut Phil. I. p. 40 sq. §. 3. Cf. Dounaeus.

8) Commune bellum jam diu maximeque inde a pace per Antalcidam constitutâ imminens omnes timebant. Vid. Mitford. Hist. gr. Cap. 27. §. 2. Vol. VI. p. 320. Vers. germ.

§. 18. [1]) Xenoph. Hell. Lib. VII. cap. 5. §. 5: *Ἐπαμινώνδας ἐλογίζετο ἐν Πελοποννήσῳ σφίσιν ὑπάρχειν Ἀργείους τε καὶ Μεσσηνίους καὶ Ἀρκάδων τοὺς τὰ ὁμέτερα φρονοῦντας.*

[2]) Ad *ἡμῖν* subaudiendum esse *οὖσαν* vel *ὑπάρχουσαν* jubet Reiskius. Sed pro *πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν* dici poterat etiam *Λακεδαιμονίοις πρὸς ἡμᾶς*. (Vid. subsequentem Ann.). Servat enim Substantivum eandem structuram, quam Verbum, unde saepe Dativus pro Genitivo additur Substantivo Olynth. I. p. 15. §. 22. n. 7. Pertinet *ἡμῖν* etiam ad *ἐχθρῶς ὀχήσουσι* etc.

[3]) I. q. *διὰ τὸ ἡμᾶς ἐπικηρυκεύσασθαι πρὸς Λακεδαιμονίους* sive *Λακεδαιμονίοις*, quia nos cum Lacedaemoniis per praecones egimus. Dem. Lept. p. 472 extr. §. 52: *πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι*, et cum Dativo Thucyd. Lib. II. cap. 64: *Λακεδαιμονίοις ἐπικηρυκεύεσθε*. Substantivum esse videtur *ἅπαξ λεγόμενον*. *Ἐπικηρυκεία· τὸ περὶ φιλίας καὶ διαλλαγῶν κήρυκας πέμπειν. Δημοσθένης Φιλιππικῶν πέμπτῳ* (sive Oratione de pace). Harpocrat. Cf. Suid. Bekker. Anecd. Vol. I. p. 243, 27. et Ulpian. Vid. Steph. Thes. gr. p. 4969. B. C. ed. Lond. Schol. Bavar. ad h. l. explicat: *φιλία ἡ ἐκ τῶν πολεμίων.*

Lacedaemonii, quos bello paulo post pugnam Leuctricam usque ad Mantineensem cum Thebanis et cum plurimis Peloponnesiis gesto Athenienses adjuverant (Xenoph. Hell. Lib. VI. cap. 5 et Lib. VII. Mitford, Hist. gr. Cap. 27. §. 2 sqq. Vol. VI. p. 313 sqq. Vers. vern.), Olymp. CVI, 4 a. Chr. 352 Thebanis bello Phocensi detentis et in Peloponneso rebus perturbatis Peloponnesi denuo sibi subjiciendae occasionem

esse putantes, Messeniis (Pausan. loc. supra §. 16. n. 3. cit.) et Argivis bellum intulerunt victoresque evaserunt. Diodor. Lib. XVI. cap. 34. Tum contenderunt cum Megalopolitis, in quorum agros Archidamo duce incursionem faciebant. Quâ injuriâ exacerbati Megalopolitae, quum suis viribus hostem propulsare non possent, a sociis auxilia petierunt. Argivi, Messenii et Sicyonii cum omni robore confestim sunt opitulati et Thebani IV Millia peditum ac D equites auxilio miserunt. Diodor. loc. cit. cap. 39. Ab Atheniensibus quoque Megalopolitae auxilia petunt, petunt eadem Lacedaemonii; qui hanc conditionem proponunt: ut, si Megalopolis et Messene iterum diruerentur, non solum Thespiae, Orchomenus et Plataeae restituerentur, sed etiam Oropus Atheniensibus redderetur. Dem. pro Megalop. passim, praecipue p. 206. §. 16 sqq. quae oratio habita est Olymp. CVI, 4. Demosthenes quidem Megalopolim esse servandam contendens, sententiam non pertulisse, sed cum Lacedaemoniis transactum esse ex nostro loco videtur. Belli exitum narravit Diodor. loc. cit. quem vide. cf. Pausan. Lib. VIII. cap. 27. §. 7. Simson Chron. Cathol. ad Olymp. CVII, 1. ibique Wessel. p. 893. Jacobs Introd. in Orat. pro Megal. p. 51 sqq. Manso Sparta Lib. VI. Vol. III. P. I. p. 240 sqq. et de Chronol. id. ibid. P. II. p. 255. Cf. nostra Prolegg. in h. or. §. penult.

4) I. q. καὶ διὰ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαι sive ἀποδέχεσθαι, ἐπαινεῖν. Ita Lucchesinius, Dounaeus, Abreschius, Taylorus, Beckius, Jacobs. Et vere hâc significatione ἐκδέχεσθαι dictum est a Themistio Orat. III. p. 82 fin. ed. Petav.: ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἔπος ὡς πάνυ κομψὸν ἐκδέχομαι, παραινέσαιμι δ' ἄν rel. At ea est posterioris Graecitatis. Ἐκδέξασθαί ἐστι τὸ παρ'

ἑτέρου λαβόντα, αὐτὸν ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον. Ἐπισκεπτέον δὲ, πῶς ἔχει τὸ πέμπτῳ Φιλιππικῷ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ ῥήτορος: Καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Harpocr. s. v. Ἐκδεξάμενος. Suid s. v. Ἐκδέξασθαι et Ulpian. Itaque etiam h. l. significare videtur: et quia nos eis succedere videmur in agendi ratione et quod illi susceperint, nos secundo loco tractare. Recte Reiskius: „Idem significat atque τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν, sublegere ab illere omissa aut abjecta aut si quae ipsi imprudenti et invito excident, sibique vindicare; vel, in vicem defatigati et ex arena excedentis recentem succedere; vel insidiari fructui laborum ab aliis exantlatorum." Tempori inserviisse reique eventum exspectasse Athenienses etiam ex eorum responso patebat. Vid. Pausan. loc. supra §. 16. n. 3. cit.

[5]) Ἀργείοις etc. sive ὑπὸ τῶν Ἀργείων. Sensus: captare sive praestolari occasionem aliquid rerum ab illis contra Lacedaemonios gestarum nostrum in usum convertendi. Schaefer. Alii ἐκείνοις ad Lacedaemonios referendum esse putant.

[6]) Cf. §. 14. n. 6.

[7]) Saepe quos Thebani ejecerant, receperunt Athenienses, ut nuperrime Orchomenios, Coronaeos, alios. Philippus enim finito sacro bello vastatâque Phocide urbes Phocensium, quas in Boeotia tenebant, ut Orchomenum, Corsias et Coroneam (Diodor. Lib. XVI. cap. 56 et 58), Thebanis dedit (Dem. f. leg. p. 385. §. 141 sq.) in servitutem redactas et a Thebanis eversas (id. ib. p. 445 §. 325). Ii exules ab Athenienses recepti h. l. significari videntur. Cf. Weiske hyperb. I. p. 29. sq. n. 68.

[8]) In Amphictyonico concilio Phocenses, quos delendos esse Thebani et Thessali jusserant, per Athenienses sunt servati (Aeschin. f. leg. p. 307 sqq. R. §. 139 sqq. Cf. Dem. Cor. p. 280. extr. §. 18) aut potius per ipsum Philippum. Weisk. de hyperb. loc. cit. Athenis autem Phocenses exules collecti erant. Aesch. loc. cit.

p. 62. §. 19. [1]) *Πάντες — ἕκαστος ὀργιζόμενοι.* Solent Pluralem cum Singulari Nominis Collectivi conjungere. Matthiae Gramm. gr. §. 434. Nro. 2. praecipue cum *ἕκαστος*; id. ib. §. 301. p. 419.

[2]) *Ἄγειν πόλεμον* a recentioribus est. Schaefer. Ne intellige: *gerant* bellum nobiscum; sed: *invehant* in nos. Dem. Cor. p. 275. §. 143: *πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγειν* (Var. *ἄγειν*). *Αἰσχίνης, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν.*

[3]) *Προφασιζόμενοι. Praetexentes.* Dem. c. Timocr. p. 709. sq. §. 28: *τὴν διοίκησιν καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς προστησάμενος.* Id quod paulo ante *ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει.* Quasi dicerent, nos magnis auctoribus hoc bellum suscepimus. Doun. Schol. Aristid. p. 317. *Προστησάμενοι ἀντὶ τοῦ ποιησάμενοι. καὶ Δημοσθένης: τὰ τῶν Ἀμφικτύονων δόγματα κοινῇ προστησάμενος.*

[4]) *Ἐφελκυσθῶσιν.* Ulpian. „Item Schol. ad Thuc. Lib. IV. cap. 9: *ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς. ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι.*“ Rüdiger.

[5]) I. q. *καὶ παρὰ τὸ συμφέρον ἑαυτοῖς.* Beck. De hac significatione *contra* vid. Steph. Thes. gr. p. 7484 med.

[6]) Scil. *γέγονεν* vel *συνέβη* ex antecedenti *ἐπισπασθῶσιν.* Significat Phocensis belli societate multos cum detrimento suo implicatos. Wolf. Cf. Lucchesini. p. 370. Not. 26.

§. 20. [1]) I. q. Eadem omnes effecerunt. Omnes enim, dum suum quisque commodum se putabat sectari, Philippi opes et gloriam auxerunt. Quod proximis exponitur. Cf. Tittmann. Amphict. p. 205 sq.

[2]) Phil. III. p. 119. §. 32: κύριος δὲ (sc. Φίλιππος) Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. Proleg. h. or. §. 10. Ceterum nostro in loco non est ὕστερον πρότερον, namque antea intravit Philippus in Pylas (παρῆλθεν εἴσω Πυλῶν. Dem. Cor. p. 237. et 238. §. 35 et 39), tum occupavit castella in angustiis sita.

[3]) Sc. ἠδύναντο κωλῦσαι. — Οὐδέ γε magis urget, adauget adversando, nec certe quidem. Dem. f. leg. p. 399. §. 184. οὐδέ γε — ἴσον ἔστ' ἀδίκημα —. οὐδ' ὀλίγου γε δεῖ. Aristoph. Plut. v. 704 e cod. D'Orv.: οὐδέ γ' ἐφρόντιζεν. Reisig. Comm. crit. ad Soph. Oed. C. vs. 1534. p. 379 sqq.

[4]) Ut ἔφεδρον. Cf. supra p. 61. §. 15. n. 4. Vid. Proleg. h. or. §. 10.

§. 21. [1]) Dem. f. leg. p. 384 sq. §. 141: πρῶτον μὲν τοίνυν εἰρήνη γέγονεν αὐτοῖς (Θηβαίοις) πονοῦσι καὶ ταλαιπωροῦμένοις ἤδη τῷ πολέμῳ καὶ ἡττωμένοις, εἶτα τῶν ἐχθρῶν Φωκέων ἄρδην ὄλεθρος καὶ ὅλων τῶν τειχῶν καὶ τῶν πόλεων ἀναίρεσις, — ἔτι πρὸς τούτοις Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὁπόσην βούλονται.

[2]) I. q. κατακτήσασθαι. nihil iis fore, nihil eos recuperaturos sive habituros esse. Dem. c. Olympiod. p. 1169. §. 7: διαλεγόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς περὶ ὧν οὗτος

ἡξίου ἑαυτῷ εἶναι. Cf. Dobraeus. Matth. Gr. gr. §. (392) 389. i. α. p. 716.

3) Scil. quae ipsi effecerant nec potuerant impedire; nempe ut Philippi per Thermopylas penetrantis et Phocense finientis imperium et gloriam auxissent, suam gloriam diminuissent Philippo subjecti. Cf. Ulpian. cit. in Disposit. Isocrat. Or. ad Phil. cap. 21. extr. §. 55. Vol. I. p. 344: εἰς τοῦτο δ' αὐτῶν (Θηβαίων) περιέστηκε τὰ πράγματα, ὥστ' ἐλπίσαντες ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας ὑφ' αὑτοῖς ἔσεσθαι νῦν ἐν σοὶ τὰς ἐλπίδας ἔχουσι τῆς αὑτῶν σωτηρίας. ὥστ' οἶμαι καὶ τούτους ταχέως ποιήσειν, ὅ,τι ἂν σὺ κελεύῃς καὶ συμβουλεύῃς.

4) Ea Oppida Boeotiae munita Phocensi bello Thebanis Phocenses eripuerant, e quibus praesidio firmatis emissi mercenarii Boeotiae agros populabantur et Thebanos incursionibus affligebant. Diodor. Lib. XVI. cap. 58 ibiq. Wess. Cf. supra §. 18. n. 3. Antiquae celeberrimae et potentissimae Orchomeno, cujus splendorem atque amplitudinem et historias exposuit Boeckhius (Oecon. Ath. Vol. II. p. 366 sqq. quem vide) Thebae fuerant vectigales et alia Boeotiae oppida. Quam urbem quum Thebani imperium Boeotiae appetentes Olymp. CIV, 1. a. Chr. $\frac{364}{363}$ delevissent, iterum munivissent Phocenses Olymp. CVIII., reddidit Philippus temporibus coactus Thebanis Olymp. CVIII, 2. a. Chr. 346, a quibus iterum dirutam restituit idem rex post pugnam Chaeronensem Olymp. CX, 3. a. Chr. $\frac{338}{337}$. Boeckh. loc. cit. Otfr. Mülleri Orchomenos et Minyae. praecipue p. 205 sqq. Kruse Hellas Vol. II. p. 574 sqq. De Coroneâ agri Coroneensis capite, prope quod Pambocotia quotannis celebrabantur, vid. Kruse loc. cit. p. 639 sqq. Müller loc. cit. p. 402 sq. p. 69.

§. 22. [1]) I. q. *scilicet*; ironice. Dem. f. leg. p. 417. §. 245: *ἔτι τοίνυν ἰαμβεῖα ὅπου συλλέξας ἐπέραινεν.* Hoogeveen. de part. ling. gr. p. 159 Schütz.

[2]) Frequens *ἐναλλαγὴ* poetis et oratoribus, multoque est hoc elegantius, quam si dixisset: *τολμῶσι λέγειν, ὡς Φίλιππος.* Doun. Vid. Matthiae Gr. gr. §. (295) 296.

[3]) Demosthenes pro ratione aliâ alio tempore ipse idem dixit. Phil. II. p. 69. §. 14: *Ἀλλ' ἐβίασθη νὴ Δία καὶ παρὰ γνώμην, τῶν Θετταλῶν ἱππέων καὶ τῶν Θηβαίων ὁπλιτῶν ἐν μέσῳ ληφθείς, συνεχώρησε ταῦτα.* Vid. Boeckh. loc. cit. p. 371.

[4]) *Ἐρρῶσθαι* s. *χαίρειν κελεύω* s. *λέγω*, s. *φράζω* s. *ἐῶ. ἔρρωσο, χαιρέτω* rel. dicebant, quum aliquem in malam rem abire jubebant, ut Latini *valeat* i. e. pereat. Herm. ad Viger. p. 766. Matthiae Gr. gr. §. 416. *β.* Anm. p. 763. Ed. 2dae. Steph. Thes. ling. gr. p. 10366 sq. Dem. f. leg. p. 419. §. 248: *ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ.*

[5]) *Οὐ μᾶλλον — ἤ, minus — quam.* Lex. Xen. s. v. *μᾶλλον* Nro. 13. Thucyd. Lib. VII. cap. 69: *ὃ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρηγῆσθαι.*

[6]) *Ἀντίπτωσις* quaedam, *ἀντὶ τοῦ: τὴν δόξαν τοῦ δοκεῖν τὸν πόλεμον κρίσιν εἰληφέναι δι' αὑτόν, τουτέστι, τελευτὴν καὶ συντέλειαν.* Wolf. *Τοῦ δοκεῖν — εἰληφέναι* est expositio dictionis *τὴν δόξαν τοῦ πολέμου*, ab oratore ipso adjuncta, quasi dixisset: *ὥςτε δοκεῖν τὸν πόλεμον δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι*, gloriam belli, id est, ut nempe bellum hoc videretur per ipsum (Philippum) debellatum et amputatum esse. Reisk. Cf. Olynth. II. p. 19. §. 4. n. 3.

[7]) Vocabulum medicum, quod jam significarunt Wolfius et Reiskius. Galen. Com. in Aphor. Lib. II.

cap. 13: ἡ μὲν κρίσις ὀξύῤῥοπός ἐστιν ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγίειαν ἢ θάνατον.“ Vid. Foesii Oecon. Hippocr. s. v. Thucyd. Lib. I. cap. 23: τοῦτο (τὸ ἔργον Μηδικὸν) — ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔσχε, τούτου δὲ τοῦ πολέμου rel. Cicer. ad Attic. Lib. X. Ep. 8: Hoc vide non esse judicium de totâ contentione in Hispaniis. Cf. Doun.

3) Ἀγωνοθέτην, βραβευτὴν εἶναι. Et res et locutio notissima. Lamb. Bosii Antiqq. gr. cap. 17. §. 10. p. 87. ed. Zeun. Potter. Archaeol. Vol. I. p. 959. Vers. germ. Pythiorum βραβευταί erant Amphictyones, qui totam rem administrandam Philippo cum Boeotis et Thessalis dicis causa conjuncto uni commiserunt. Tittmann. Amphict. cap. 5. §. 3. p. 109. Ceterum cf. Prolegg. h. or. §. 11. — Dem. Phil. III. p. 119. §. 32.

§. 23. 1) Ἐφ' ἑαυτούς· καθ' αὑτῶν. Ἐνόμιζον βλαβήσεσθαι ἐκ τούτων. Wolf.

2) Jus Amphictyonicae dignitatis. Wolf. Pylaea enim dicebatur non solum quae Thermopylis, sed etiam quae Delphis habebatur Amphictyonia. Tittmann. Amphictyon. cap. 4. §. 2. p. 78.

3) Τὰ ἐν Δελφοῖς· ἀγωνοθεσία καὶ προμαντεία, ludorum Pythicorum et oraculi Delphici praesidium atque patrocinium, qua auctoritate et praeesset ludis et oraculi consulendi praerogativam haberet. Prolegg. h. or. §. 11. Ita etiam Lucchesinius locum intellexit, qui haec: „Sacrorum auctoritas, de quâ hic agitur, ea est, quam Amphictyones habebant in Apollinis templo et in Pythiis ludis.“

p. 63. 4) Geminum consectabantur emolumentum: alterum communionem concilii Amphictyonici; alterum, jus ludos Pythicos participandi. Reiske. Utroque jure privati erant Thessali a Phocensibus. Anonym. Argum.

in Dem. f. leg. init. p. 334. — Weiskius (quocum consentit Göller Proleg. in Dem. p. 28. n. 12) *πλεονεκτήματα δύο* intelligit *τὴν προμαντείαν* et *τὸ τὰ Πύθια θεῖναι*, quae ambo nobis esse videntur *τὰ ἐν Δελφοῖς*. De hyperb. III. p. 7. not. 4.

5) Ordo verborum: *εὑρήσετε ἕκαστον προηγμένον* (i. e. *compulsum*) *πρᾶξαι πολλά, ὧν οὐδὲν ἠβούλετο*. Idem quod supra proposuerat §. 20 quum confirmasset, hîc repetit, *κυκλικῶς*.

§. 24. 1) Occupatio, quam Orator anticipans sibi opponit, *ἀντίθεσις*, quam subsequitur *λύσις* frequens per Negationem. Doun. Cf. Ulpian. cit. in Dispos. — *Τὰ κελευόμενα* sc. *ὑπὸ τοῦ Φιλίππου καὶ τῶν Ἀμφικτυόνων*, cum Emphasi proposita sunt.

2) Nihil indignitatis habet parere Amphictyonum decreto, neque justum erat acta Amphictyonum rescindere, et omnium in se concitare odia, bellum denique movere tam levi de causa minime certe sapientum. Doun. Ad *δεῖν ποιεῖν* supplendum est *ἡμᾶς*. Enunciatum autem hoc *ὡς οὔτε — δόξομεν πᾶσιν ἔχειν*, quod ex verbis *οἶμαι δεῖν ποιεῖν* pendet, *relative* accipiendum est, ut sibi respondeant *ὡς* et *τοῦτο*. Saepius enim hae sibi formae, adverbium *ὡς* et adjectivum *τοῦτο*, respondent. Totum igitur enunciatum sic erit explicandum: *τοῦτ' οἶμαι ἡμᾶς δεῖν ποιεῖν, ὡς οὔτε πράξομεν* rel. i. e. *τοιαύτας τὰς πράξεις ἡμῶν δεῖ εἶναι, οἵαι οὔτε ἀνάξιοι ἡμῶν ἔσονται οὔτε πόλεμον παρέξουσιν, ἀλλὰ ποιήσουσιν, ὡς νοῦν δόξομεν πᾶσιν ἔχειν* rel. De finali hujus particulae, *ὡς*, significatione hoc loco non est cogitandum, quia haec *μήτε — μήτε* posceret. Engelhardt Programm. 1828. p. 44 sq.

3) H. l. non est tolerare, sustinere, sed i. q. *audere, subire, conari, suscipere, aggredi*. Reisk.

4) *Quae sequuntur.* De hoc singulari usu Pronominis *ἐκεῖνο* vel *ἐκεῖνα*, quo exigitur expectatio, vid. Matthiae Gr. gr. §. 467. d. p. 647.

5) *Πρὸς δὲ*, adverbialiter, i. q. *ad haec.* Alioqui malim *πρὸς* omitti et legi *τοὺς δὲ*. Wolf. Illa explicatio potior est quam omissio. Reisk. Qui idem aliter in Ind. s. v. *λογίζεσθαι*, quod monuit Schaeferus, *πρὸς τοὺς — λογίσασθαι* vertit: ipsis ad animum revocare. At *πρὸς* h. l. significat *quod attinet ad eos* rel., ut Xenoph. Mem. Lib. IV. cap. 2. §. 15: *ἐγὼ σὲ τὸ πρῶτον ὑπελάμβανον πρὸς τοὺς φίλους μόνον ταῦτ' ἐρωτᾶν*. Kuinoel. ad Weller. Gr. Vol. IV. p. 256. sq. Beckius interpretatur: *apud* illos — ratiocinari et disputare.

6) De Oropo vid. Liban. Vita Dem. p. 3. §. 3. n. 3. Ceterum sententiam totius loci his comprehendit Ulpianus: *Τῶν μεγίστων, φησὶ, παραχεχωρηκότες δι' ἐπιεικείας, νυνὶ περὶ φαύλων καὶ σκιᾶς πολεμήσομεν;*

§. 25. 1) Proleg. h. or. §. 6.

2) Idrieus Cariae satrapa intelligendus, quem contemtim nominat Carem. Cares enim pro fortibus quidem, sed vilibus et servilibus hominibus habebantur, unde in proverbium rei vilis abierant. Erasmi Adag. Cent. VI. ad. 14 p. 157. a. ed. Bas. 1574. Junii Adag. Cent. VII. ad. 1. p. 241 sq. Zenob. Prov. Cent. III. prov. 59. p. 67. Suid. Prov. Cent. VI. prov. 68. p. 421. Schott. Cf. Doun. Idrieus eo ipso tempore insulas commemoratas occupasse videtur. Bello enim sociali Mausolus frater illius, quem Cariae Dynastam prodit Demosthenes belli suasorem, jam Rhodiorum vicinorum libertati insidiatus est (Dem. pro Rhod. libert. p. 191. §. 3). Cui Olymp. CVI, 4. a. Chr. mortuo successit Artemisia soror et uxor ad biennium (Diodor. Lib. XVI. cap. 36), tum dominatus est Idrieus

per septem annos. Diodor. loc. cit. cap. 45. Eckhel, quem citavit Beckius, Doctr. Num. Vol. II. p. 597. Reiner. Reinecc. De Familiis regum Vol. III. p. 90 sqq. Id. Histor. Jul. Vol. II. p. 82 sq.

3) *Κατάγειν τὰ πλοῖα* proprie et omnino significat *devertere navigia*. Göller ad Thucyd. Lib. I. cap. 18. Plerumque autem i. q. *subducère navigia*, si quis piraticam exercens navigia intercipit, depraedatur et navigantes praecipue mercatores vexat, nec permittit, ut, quo velint, navigent, sed *avertit* et in alias praedatoribus amicas regiones *deducit*, *devehit*, *subducit*, quo vel praedam vel vectigal exigat. Alberti ad Hesych. s. v. *κατάγειν*. Suid. et Photii Lex. s. v. p. 136. ed. Pors. Vales. ad Harpocr. s. v. *Κατάγων τὰ πλοῖα*. et s. v. *Σύλας*. Lycurg. c. Leocrat. cap. 6. p. 149 R. ibiq. Bekker: *οἱ Ῥόδιοι — τὰ πλοῖα κατῆγον καὶ τῶν ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων οἱ παρεσκευασμένοι δεῦρο πλεῖν — τὸν σῖτον ἐξειλοντο καὶ τἆλλα χρήματα*. Dem. c. Polycl. p. 1207. §. 5: *ἔτι δὲ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων περὶ ἔκπλουν ὄντων ἐκ τοῦ Πόντου καὶ Βυζαντίων καὶ Χαλκηδονίων καὶ Κυζικηνῶν καταγόντων τὰ πλοῖα ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου*. Cf. p. 1212. §. 17. Hoc secabat Athenienses, qui maritimum imperium se tenere opinabantur quique frumento e Ponto maxime atque e Taurică Chersoneso importato utebantur. Doun. ad h. l. Cf. Prolegg. ad Phil. I. §. 29. Byzantii autem saepius rerum inopiâ laborantes (Boeckh. Oecon. Vol. II. p. 139 sq.) tum fortasse eo libentius potestatem naves Atheniensium praedandi dabant (*σύλας διδόναι*, Caperbriefe geben, de quibus vid. Boeckh. loc. cit. p. 128.), quo infestiores erant Atheniensibus. Dem. de Chers. p. 93. §. 14. Et fortasse pace cum Philippo constitutâ Byzantiis jus vectigalia exigendi a navigiis

praetervehentibus concessum est. Reiske in Ind. hist. s. v. Byzantii.

§. 26. [1]) *Προσφέρεσθαι οὕτως, ita se praebere.* Steph. Thes. gr. p. 10050 sq.

[2]) Proverbium de asini umbra, *περὶ ὄνου σκιᾶς* (Erasm. Adag. Cent. III. ad. 52. p. 94. ed. Bas. Zenob. VI, 28. Diogen. Cent. VII. ad. 1. p. 238 ed. Andr. Schott. et saepius; cujus proverbii fabulam invenisse dicitur Demosthenes. Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 191. cf. Suid. et Phot. s. v. *ὄνου σκιά.* iid. s. v. *περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς* ex Harpocrat.) in illos dicitur, qui de re nihili certant. Id h. l. detorquet Demosthenes. „Sedem enim in Amphictyonum concessu umbram appellat, rem contentione non dignam, quum ab eo tenenda esset, qui jam ante tantam potentiam consecutus fuisset. Atqui hâc umbrâ concessâ veterator ille Philippus auctoritatem viribus addere legibusque et decretis scelerata consilia adjuvare sperabat.“ Seagar citatus a Schaefero, quem vide. Beroaldus in Apuleji Asin. aur. Lib. IX. extr.

[3]) Ne quid ornatûs huic orationi deesset, libere et mirifice eam concludit orator insignique enthymemate, cujus vis, ratio, gratia pluribus exposuit Donnaeus. Opposita sibi apparent

πρὸς ἑκάστους καθ' ἕνα	et	*πρὸς ἅπαντας.*
οὕτω προσενηνεγμένους	—	*πολεμῆσαι.*
περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων	—	*περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.*

INDICES
RERUM ET VERBORUM.

INDICES

Rerum et Verborum.

NB. Paginae indicantur Reiskianae.

Θ, Th, H, I, K, C vide post *E*, et *U, V, Y, Ph, Φ, Ch, X* post *T*.

Abae sacrilegii expertes. Prol. Pac. §. 11.

Ἄγειν καὶ φέρειν, significatio et structura. Phil. I. p. 49. §. 34. n. 2.

— *πόλεμον· εἰςάγειν πολ.* Pac. p. 62. §. 19. n. 2.

Agesipolis contra Olynthum. Prol. Phil. I. §. 4. n. 22.

Ἄγιος Μάμας. Prol. Phil. I. §. 1. n. 13.

Agnon Amphipolis conditor. Prol. Phil. I. §. 9.

Agnonia. Prol. Phil. I. §. 9.

Ἐξ ἀγορᾶς. Phil. I. p. 47. §. 28. n. 6.

Ἄγραφος στάσις. Anonym. Arg. §. 6. n. 1.

Ἃ δ' ἄν, labentis Graecitatis. Phil. I. p. 48. §. 30. n. crit.

Adjectivum gravitatis causa additum. Olynth. II. p. 19. §. 5. n. 5. et §. 8. n. 1.

— prolepticῶς additum. Phil. I. p. 42. §. 8. n. 2. Vid. Prolepticus usus adjectivorum.

— absolute adhibitum. Olynth. II. p. 17. §. 28. n. 3.

Aerarium commune Athenis. Olynth. III. §. 24. n. 3. p. 35.

Aesculapia d. VIII Elaphebolionis celebrabantur. Prol. Pac. §. 6.

Aeschines ad Tamynas pugnat. Prol. Phil. I. §. 21.

— legatus ad Arcades. Prol. Phil. I. §. 21.

— ante primam legationem (de pace) a Philippo nondum corruptus. Phil. I. p. 45. §. 18. n. 5.

Aeschines legatus ad Phil. Prol. Pac. §. 4. §. 8.

— ut causam Philippi tueretur, Athenis mansit. Prol. Pac. §. 10. ad Philippum proficiscitur. ibid. Athenas rediit. ibid.

Aethopia, Diana. Prol. Phil. I. §. 7. n. 8.

Anthemus Olynthiis conceditur. Prol. Phil. I. §. 16.

Athenae servaverunt alias urbes. Olynth. II. p. 25. §. 24. n. 5.

Athenis partes et factiones diversae. Olynth. II. p. 26. §. 29. n. 3.

Athenienses se invicem accusabant. Olynth. II. p. 25. § 25. n. 4.

— alterum quemque acturum esse sperabant. Phil. I. p. 42. §. 7. n. 7.

— contra Olynthum Olymp. CIV, 1. expeditionem miserunt. Olynth. II. p. 22. §. 14. n. 3.

— advectitio frumento utebantur. Prol. Phil. I. §. 29.

— ex Ponto frumentum petiebant. Pac. p. 63. §. 25. n. 3.

— socii Philippi. Olynth. II. p. 19. §. 6. n. 5. p. 20. §. 7. n. 2.

— cum Lacedaemoniis et cum aliis Peloponnesiis de auxilio mittendo Olymp. CVI, 4. transigunt. Pac. p. 61. §. 18. n. 3.

— novitatis curiosi. Prol. Phil. I. §. 13. n. 4. Olynth. II. p. 24. §. 23. n. 5. Olynth. III. p. 38. §. 35. n. 7.

— militiam detrectabant. Phil. I. p. 44. §. 16. n. 2.

— onera detrectabant Phil. I. p. 47. §. 25. n. 1.

— non sui juris esse. Phil. I. p. 42. §. 7. n. 6.

— pracveniuntur. Phil. I. p. 49. §. 32. n. 3.

— confabulantes. Phil. I. p. 43. §. 10. n. 8.

Pace Athenienses suas possessiones amittunt. Olynth. III. §. 28. n. 4. p. 36.

Athenienses Olymp. CVIII, 1 per Graeciam legatos urbes contra Philippum concitaturos miserunt. Prol. Pac. §. 3.

Atheniensis classis sero venit. Prol. Phil. I. §. 17. n. 4. §. 23. n. 4.

Athenien sium opes et copiae. Phil. I. p. 51. §. 40. n. 1.

— et Philippi pax Olymp. CVIII, 2 constituta. Prol. Pac. §. 7.

— male deliberantium fortuna secunda. Phil. I. p. 43. §. 12. n. 2.

— de fortunâ fabula. Olynth. I. p. 9. §. 1. not. 6.

— de alacritate decernendi, gerendi languore multus est Demosthenes. Olynth. III. §. 14. n. 1. p. 32. cf. Phil. I. p. 48. §. 29. n. 1.

— χρεωδαισίαι. Olynth. III. §. 31. n. 5. p. 37.

— sumtus in sacra. Phil. I. p. 50. §. 35. n. 4.

— partes. Olynth. II. p. 26. §. 29. n. 1. §. 30. n. 2.

— pax cum Olynthiis. Olynth. III. §. 7. n. 3. p. 30.

— delectus. Phil. I. p. 45. §. 21. n. 3.

Αἰγεῖδαι, Athenienses. Prol. Phil. I. §. 7. n. 8.

Αἱρεῖσθαι ἢ.... Olynth. II. p. 24. §. 22. n. 4.

Acanthus Olynthi socia. Prol. Phil. I. §. 4. n. 11.

Accusativus absolutus. Phil. I. p. 47. §. 28. n. 1.

— temporis. Phil. I. p. 49. §. 32. n. 8.

— temporis: *ante*. Olynth. III. p. 29. §. 4. n. 1.

— Participii propter omissum τινά. Olynth. II. p. 19. §. 5. n. 1. Phil. I. p. 41. §. 5. n. 2.

— Participii post Verbale vel post Δεῖ et Χρή. Olynth. II. p. 21. §. 13. n. 1. Olynth. I. p. 14. §. 16. extr. Phil. I. p. 48. §. 32. n. 1. Phil. I. p. 50. §. 36. n. 4. Cf. Participium.

— pendens a τεθνάναι τῷ δέει. Phil. I. p. 53. §. 45. n. 2.

Ἀχολουθία. Olynth. II. p. 20. §. 8. n. 1.

Ἄχρα. Prol. Phil. I. §. 6. n. 1.

Ἀλαζονεία. Pac. p. 59. §. 11. n. 4.

— et εἰρωνεία sibi opposita. Phil. I. p. 42. §. 7. n. 2.

Alexander Pheraeus. Prol. Phil. I. §. 24.

Aleximachus Cersobleptis legatum adjuvit. Prol. Pac. §. 7.

Aleuadae. Prol. Phil. I. §. 24.

— Philippi opem implorant. Olynth. I. p. 12. §. 9. n. 1.

Alcetas moritur. Prol. Phil. I. §. 26.

Alcidamas. Dem. praeceptor Vit. p. 3. §. 3. n. 7.

Alcimachus dux. Prol. Phil. I. §. 11. n. 8.

Ἀλλὰ μὴν — γε. Olynth. I. p. 16. §. 27. n. 1.

Ἀλλὰ νῦν γε. Oppositionis formula. Olynth. III. §. 33. n. 1. p. 37.

Ἀλλ' ἢ nisi. Phil. I. p. 45. §. 19. n. 4.

Ἀλλοίωσις. Olynth. III. §. 31. n. 1. p. 37.

Τὴν ἄλλως temere. Olynth. III. §. 21. n. 3. p. 34.

Ἄλλως i. q. ex aliâ causâ quam verâ. Olynth. II. p. 23 §. 18. n. 3.

— i. q. mere, non nisi. Olynth. II. p. 23. §. 18. n. 3.

Alponus. Prol. Pac. §. 3.

Alus Thessaliae civitas a Parmenione obsidetur. Prol. Pac. §. 4. pace eximitur ibid. §. 8. capitur. ibid.

Ἅμα . . . καὶ simulatque. Phil. I. p. 50. §. 36.

Amadocus Prol. Phil. I. §. 27.

— Amadoci filius. Olynth. I. p. 13. §. 13. n. 3.

Amyntas II. Prol. Phil. I. §. 4. n. 18.

Amphictyones auctumno Thermopylis (?) conveniebant. Prol. Pac. §. 12.

— cum Philippo. Pac. p. 60. §. 14. n. 2.

— Lacedaemonios multctae damnaverunt. Olynth. II. p. 25. §. 24. n. 2.

Amphictyonia Pylaica. Anonym. Arg. de pace §. 2. n. 1 sqq.

Amphictyoniae communio umbra dicitur. Pac. p. 63. §. 26. n. 2.

— variae. Anon. Arg. de pace §. 2. n. 1.

— duodecim gentes participes. Anonym. Arg. de pace §. 1. n. 2. §. 2. n. 2.

Amphictyonibus Phocis punienda permittitur. Prol. Pac. §. 11. Amphictyonicum decretum ibid.

Amphipoles diversae. Prol. Phil. I. §. 5.

De **Amphipoli** Arcanum vulgo jactatum. Olynth. II. p. 19. §. 6. n. 5. Prol. Phil. I. §. 13. n 3.

— — bellum. Pac. p. 60. §. 14. n. 5. Cf. Bellum.

Amphipolitanum bellum per decennium gestum est. Liban. Arg. de pace p. 55. §. 1. n. 1.

— bellum, quod simpliciter *ὁ πόλεμος* dicitur. Olynth. I. p. 12. §. 10. n. 2. Olynth. I. p. 17. §. 27. n. 7. Olynth. II. p. 26. §. 28. n. 1.

Amphipolim Philippus Atheniensibus se traditurum dicit. Olynth. II. p. 19. §. 6. n. 3 sqq.

